

NOVA FACIES

Provincia Hungaria

SS. SALVATORIS

Ord. FF. Minorum strict. Observantiae
dum haec
post iteratas priorum eorū sacrorum desolationes
reli

PHENIX C CINERIBUS REDIVIVA

denuo circa Annum

1757

in Conventus 27 & 5 Residentias excreverit
atque Filii ejus benedicente Domino
numero
in summi *Seraphici Patris Francisci* spiritu
fructificarent suavitate odoris.

Pars Hungarica

Pars Slavonica

Provincia Transylvanica
avulsa a Pova SS. Salvi
Anno 1640.

Provincia S. Mariae



Tellus Hungaria in qua S. P. Franciscus
cum suis filijs quietor caput ab Anno

Ego quasi vitis fructificavi suavitate odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis
Eccli. 24.

HISTORIÆ CHRONOLOGICÆ

PROÆ SS. SALVATORIS ORD. MIN. STR. OBS.

PARS II

in qua

P Ræ primis Catalogus Fratrum Martyrii coronatorum, fama sanctita-
tis, vel Doctrinæ illustrium, Provincialium, & Commissariorum, Conventuum item
antiquorum, et modernorum Synoprice exhibetur. Deinde verò prolixior moder-
norum Conventuum, & Residentiarum Historica descriptio, recto ordine distin-
ctim per capita deducitur.

industria

P. F. JOSEPHI TELEK PRÆLibati
ORD. ET PROV. IN CONV. CASOV. SS. THEOLO.
Lectoris Actualis.

ANNÒ MDCCLVI.



HISTORIA CHRONOLOGICA

L. A. R. E. II

De moderno statu Almae Provinciae S. Salvatoris.

CAPUT I

De Rebus in communi prologeticis

ARTICULUS I

De Origine, et antiquitate Provinciae S. Salvatoris.

Perperam agunt, quicumque Natales Provinciae Mariana in Hungaria ad tempora S. P. Francisci, Provincia vero Salvatoriana ad tempora solum S. Joannis Capistrani traducunt: cum utraque ex eadem antiqua Hungaria Provincia sub Rege Ludovico ad Annum 1444 Pontificiae Regis, et Regni Auctoritate in bifariam divisa, atque ex sententiae collapsa religiosa vita per reformationem observantia potiori, ex parte purgata, exurederit. Puduit forsitan, nonnullos indignitatis, quasi haec S. Salvatoris Provincia strictioris observantia ex familia Fratrum antiquorum, qui sensim ab observantia ad relaxationes, a paupertate Seraphici Patris ad rerum temporalium possessiones declinavit, aliquid incrementi accepisset; et idcirco ad partem Lem ex Bosniaca Observantium Provincia descensum neglecto profectu maximo qui Provincia ex Fratribus antiquis, eorumque Conventibus accessit, deflexerunt. Verum laud expedit ob exiles maculas veritatis, et Seraphicae charitatis faciem obvelare, Vicaria epi dem illa Patrum Nostrorum ex Bosnia regularem observantiam ad confinia Hungariae extendentium existit admodum parva, parveque unita, adeo fuerat vasta, ut corpus ex ea reflorescens, illico in decem amplas Custodias extenderetur. Ivo circa si denominationem a potiori deducere concederetur, profecto Provinciam S. Salvatoris non novam a Vicaria Observantium Bosniaca, sed antiquam a vetustissima illa Provincia, ex qua principales ac accepit, nuncupare necessum est. Demum bellicum immanitate, et Idreticorum furoribus insolente omnes penes conventus Vicaria in confinibus Sieb, ac ex Bosnia immediate descendentes processu temporis a Provincia nostra defecerunt, ea tenus: ut moderna loca, quae Salvatoriana Familia incolit, vel sunt prima in Regno Hungariae Filiorum S. P. Francisci domicilia, vel certe de novo post varias calamitates acquisita; Proinde eam, quam veritas exigit, antiquitatem merito Provinciae S. Salvatoris attribuimus. Nec quidquam ignominia exinde posteritati inuitur, quod Fratres cum integris Custodijs ex antiqua Provincia nostrae observantibus incorporati, prius ex collapsa morum, et regulae Sacrae observantia, ad reformationem regularis disciplinae transire debuissent: Nam ut doctissimi P. Ferrerius Ordinis Praedicatorum advertit: Vix ullus Ordo est, aut fuit unquam, qui longo temporum tractu reformatione non indignisset. Natura siquidem humana, tantam

ex peccato primorum parentum attraxit corruptelam, ut hæc veluti gravissimo pondere præssa, à virtutum semita ad pristina vitia facile relabatur. Et S. Leo Papa Sex. 4 de quadrag. ait: Dum carnis fragilitate austerior observantia relaxat, dumque per varias actiones vitæ hujus sollicitudo distenditur, necesse est de mundano pulvere etiam religiosa corda sordescere. Quam corruptæ naturæ ruinam perpenderit Apostolus, ad reformationem, et renovationem spiritus, et morum, hortatur fideles ad Rom. 12. Reformamini; inquit; in novitate sensus vestri, ut possitis, quæ sicut voluntas Dei beneplacens, et perfecta.

Porro relaxatio hæc in Religiosorum Ordinibus, teste P. Ferrerio citato, potissimum invaluit post penitentiam illam exitialem, quæ circa Annum Christi 1198 per totam fere Galliam, Hispaniam, Italiam, Germaniam, et Hungariam diffusa, civitates, et Religiosorum domicilia depopulabatur, viæque agrorum, et cæmeteria pro humidorum cadaveribus suffecere. Lucæ namque hæc copitæ, subintrarunt in locum virorum exemplarium quamplurimum inexcelsi, inepri, et in virtute minimè exculti, quibus in caute multiplicatis obliteratus fuit rigor Patrum antiquus, novus vicissim absque legitime, et superiorum ratione vivendi modus inductus, ac insuper proprietatis, inobediencia, vanitatumque vitia in omnium fere Ordinum cœnobijs irrepererunt. Exilio pulsa fuerunt jejunia, vigilia, silentium, carnes per refectoria excurrebant, in cellis proprietatis, ubique dissolutio visabatur. Ita Author citatus. Malis his pedetentim ad extremam Monasticam disciplinam perniciem serpentes, Pater pauperum Deus Misericors suscitavit per merita Sanctorum Fundatorum viros nonnullos sanctos et devotos, qui in tanta desolatione vehementius ingemiscens collapsam regularem vitam verbo, et exemplo reformare, totius viribus aditus sunt. Per ejusmodi Religiosorum hominum zelò, pietate, prudentiâ, et signis illustrium operum, quibus et perdamnatorum quorundam, qui è vivis excesserant, apparitiones, Ordo S. Domini resipuit, et ad sanctioris vitæ reformationem transivit in Hungaria sub Anno 1453, ut refert P. Ferrerius supra citatus. Religio autem Beatissimi Patris Francisci patissim ubique à rigore religiosa disciplina, ac paupertate S. Regula aberrans, Turcicis, et Antesignanis in reformatione regulari observantia veneratur viros sanctissimos: Bernardinum Senensem, Joannem Capistranum, Jacobum de Marebia, aliosque plures, quorum in resuscitanda observantia conatum, summi Pontifices, Reges, et Principes felicissimo successu promoverunt.

Provincia interim Franciscanorum antiqua in Hungaria admodum disjecta, cultor è Diaburno lethargo exurexit: Nam licet jam circa Annum 1339 ipsemet totius Ordinis Minister Generalis Fr. Bernardus Odonis in Bosnia regularem observantiam suscitaverit, ac exinde Fratres observantes ad Regnum Hungariæ transeuntes in multis suis vicariis Conventibus Deo, et ceteris Principibus charis, in paupertate summa, sanctimonia exemplari, et observantia regulari antiqui confratribus præluserint, ii nihilominus varij relaxationibus abuti, hoc sancti, oris vitæ genus renuerunt. Cum proin inveterata in eis vitæ dissolutio majus esset malum, quam ut soli Religiosi viri illud penitus propulsarent, supremum Numen orante S. Patre Francisco, cor Regis, et Principum Hungariæ movit adversus Turcicum Pontificem intercedentibus, sub Anno 1424 potior pars antiquæ Provincie ad sacro sanctarum Legum amissam, et observantiam regularem transiverit, atque ex causa custodiarum, Conventuum, et Fratrum ad reformationem regulari observantia advolantium ubertate, Provincia S. Salvatoris subito ampliata cum

Operato totius Regni Solamine, mixum in modum in decem custodijs florere cepit. Remanuit adhuc ex Provincia antiqua in veteri relaxationum consuetudine pars quaedam priori longe impar, cum quibusdam custodijs, et Conventibus juxta Danubium in plagis superioribus Regni fundatis, verum hæc quoque circa Annum 1514 dum Leo X Conventuales sua voluntati resistentes a corpore observantium rescidit, ac sigillum totius Ordinis Ministro Generali Fratrum Observantium tradidit, Romam Sedis judicio se se subdidit humiliter, benevole acceptando reformationem regulari observantia, quæ ob effigiem S. Virginis Mariæ in aratro sigillo expressam, denominata est Provincia S. Mariæ. Post comitia hæc generalissima sub Leone X pro parte observantium felicissime terminata, Fratres Conventuales Pontificiâ auctoritate in relaxationibus antiquis dispensati non ultra, quam quatuor in toto Regno Hungaria conventus retinuerunt: ut refert. Et hi quoque post Mohaccianam Cladem Barbarorum, et Hæreticorum insolentia S. die viente, omnes ad finem sæculi defecerunt; nec quisquam ex Fratribus Conventualibus sub Annum 1590 in Regno Hungaria. Parmans attestantes apparuit.

Quæ deducta vicissitudinum serie liquet: Provinciam S. Salvatoris ex veteri potentissimum erectam, esse omnino in re antiquissimam, et solum nomenclaturam observantia, titulum item S. Salvatoris, esse in ea paulisper recentiore. Quod titulum S. Salvatoris, quo Provincia insignitur, attinet: recte S. Pontaga ad tempora S. Joannis Capistrani traducit: eorum siquidem ex victoria illa per celebri, quam S. Joannes Capistranus virtute Crucis Christi Jesu de hoste barbaro, cum Hungario, et paucis suis cruce signatis retulit, maxima Hungarij ad S. Salvatoris imaginem, et ad tremendum nomen Jesu accessit devotio: quæ ut perennaliter in eorum memoria perduraret, salubri ex S. Viri instituit, quatenus demum Provincia Fratrum de regulari observantia nuncuparetur in Hungaria S. Salvatoris; alia vero quam in sigillo expressit, venerat Jesu. Inde sigillo majori Provincia nostra impressa sunt insignia passionis Dominice, redimita; cujus etiam vertici appensus est titulus S. N. R. I. et columna, ad quam idem flagellari voluit. Quæ tamen ita disposita sunt, ut ipsud præfata crucis Levam, illa vero dextera ad pectus manibus, orat. Totius denique sigilli oram ambiunt hujusmodi literæ: Sigil. PROVINCIAE VNGAR. SALVATOR. OR. M. R. C. O. D. C.

ARTICULUS II

De Martyribus candidatis in Provincia S. Salvatoris.

Floridissima vinea Christi Jesu, qui cocular solus calcatur, est provincia S. Salvatoris in Hungaria; hæc etenim a sui origine plurimos candidatos Martyres, velut botros pretiosissimos ex vineis Engaddi Martij falce detectos in superna cellaria transmisit. Eorum nihilominus nomina apud Superos libro vitæ inserta, Ottomanica tyrannij, et cruenta bellorum tempeste, adeo in memoria hominum suppressit, ut de Fratribus sæculo primo, et secundo in eruptionibus Tartarorum exstrictis, nihil; de alijs autem in turbine Mohacciana cladis, dum per quinquaginta Annorum defluxum, mille fere, et septingenti ex Provincia partim ferro, partim peste interempti sunt, sublatis, exiguum S. fasciculum, in Catalogo ex Urbano Provincia desumptos, referre licet.

Anno 1380 In Civitate Bodony ad confinia Regni Hungariae, quinque Fratres de observantia ab Haereticis pro defensione verae fidei crudeliter trucidati sunt, videlicet: Fr. Antonius de Saxonia homo igniti eloquij, et eximia contemplationis. Fr. Gregorius de Tragurio Interpres, Sacerdos profundissima Humilitatis, et magnus orthodoxa fidei Delator. Fr. Nicolaus Hungarus, Sacerdos, qui per sedecim annos, non nisi semel in die, nempe vespere comedit, tum quoque solummodo panem, cui aqua potum adjunxit, portando continuo ad carnem lorileam, et circulos ferreos. Fr. Thomas de Fulgino, et Fr. Ladislavus de N. vni Lajci devotissimi. Vide de his Historiolam supra parte prima ad Annum 1380, et pr. Huber in Menologio 12 Febru.

Anno 1526. die 23 Julij in campo Mohacs, ubi Rex una cum Regni flage Otomanico feroci succubuit, ex Provincia quoque N. Salvatoris fatalem pallorem induerunt: P. Caulus Thomasi Archiepiscopus Colocensis, et totius Christiani exercitij Supremus Belli dux. Pr. Urbanus de Kovacs Archiepiscopi Confessorius, et Fr. Georgius de Sakos, Suius socius.

Posti cladem Mohacianam, dum Turca in Regno quagva versum diffunderetur, ac obvios quosque Religiosos, ceterosque Christi fideles mani crudelitate trucidaret, plurimi Athleta de Ordine Beatissimi P. Francisci ex Hungaria N. Salvatoris provincia prodierunt invicissimi Martyres, qui maluerunt Christi fidem sanguine subscribere, quam Turcici superstitionibus maculari. De his in Menologio sic canit compilator P. Huber:

Hungara suscepit victorem terra cruorem!

C si parvial, terra rigata fidem.

Eodem itaque cladis Anno, videlicet 1526 Pesthni in Conventu per Turcas enecati sunt: Fr. Michael de Diako Sacerdos,
Fr. Georgius de Crmankced Sacerdos,
Fr. Nicolaus de Kesz Lajcus,
Fr. Nias Csep Lajcus.

Eodem Anno in Conventu Provincia N. Salvatoris Dudensi occisi sunt per Turcas
Fr. Joannes de Prussia Sacerdos, Fr. Nicolaus de Pererok Sacerdos,
Fr. Mathias de Pesh Sacerdos, Fr. Nicolaus de Verode Lajcus,
Fr. Georgius de Czek Lajcus, Fr. Ambrosius de Komarom Lajcus,
Fr. Leonardus de N. Lajcus, Fr. Dasilus de Kolod.

vide Menalogium die 18 Septembris.

Eodem itidem Anno in Conventu Strigoniensi eorum ad obedientiam N. Salvatoris spectante per Turcas interfecti sunt:

Fr. Augustinus de Tashany Sacerdos, Fr. Gerhardinus de Vasarhely Lajcus,
Fr. Clemens de Vaja Lajcus, Fr. Michael Lajcus, qui cum socio Sacerdote juxta Lacum Dalaton a Latronibus occisus exanimis reperus est. Menalog.
Eodem Anno in Conventu de Palota, pariter barbaram manu exstincti sunt:
Fr. Andreas Vasarhelyi Sacerdos, Fr. Petrus de Pesa Lajcus.
Fr. Andreas de Mocolya Lajcus, Menalogium die 18 Septembris.

Anno 1528 Fr. Antonius de S. Ladislao, Duda in obsidione ictu bombardae interijt.

Anno 1529 In Conventu Dudensi per Turcas trucidati sunt:

Fr. Benedictus de Nemet Ujvar Sacerdos, Fr. Sebastianus de Nagy Dobos Sacerdos,
Fr. Laurentius de Danya Sacerdos, Fr. Georgius de Tolna Sacerdos,
Fr. Antonius de Pandavo Sacerdos, Fr. Antonius de S. Ladislao Lajcus.

Fr Andreas de Pesth laicus. Fr Joannes de Lithuania laicus.
Fr Paulus de Vázar laicus. Fr Georgius de Parak laicus.
Fr Joannes de Brasovia laicus. Fr Georgius de Cracon laicus.

Menologium die 20. Septembris, ubi compilerator habet:

Diffugiant omnes; Turcarum bruta Tyranny
Non patitur Christum, constabilire pedem.

Codem Anno per Latrones Valachos in Transylvania mactati obierunt:

Fr Georgius Dagoes, et duo socij Anonymi.

Item in Conventu Remetensid per Turcas interfecit ad Christum avolaverunt.

Fr Maximus de Rastia sacerdos. Fr Balthasar Clericus.

Fr Paulus de Nard laicus. Fr Petrus de Diako laicus.

Item in diversis locis a diversis occisi sunt, ut refert P. Huber die 10 Augusti.

Fr Stephanus de Dics sacerdos a Turcis occisus est Strigonij.

Fr Andreas de N. sacerdos ab haereticis enecatus est in Lipthorvia.

Fr Leonardus de Arva sacerdos a Turcis occisus est Galgoeij.

Fr Petrus de Mikolod sacerdos ab haereticis occisus est.

Fr Thomas de Papa laicus ab haereticis pariter. Menolog. 10. Aug.

Anno 1532 in Conventu Selliensi a Turcis mactati sunt:

Fr Georgius de Nagyvarad Guardianus Loci. Fr Laurentius de Hagymas sacerdos.

Fr Mathias de Delike sacerdos. Fr Mathaus de Vissegrad sacerdos.

Fr Nicolaus de Selye sacerdos. Fr Michael de Hederhelly clericus.

Fr Nicolaus de Bodacsia sacerdos. Fr Adalbertus de Orza laicus.

Fr Blasius de Pyula laicus.

Item in Conventu de Hederhelly per Turcas occisi sunt:

Fr Michael de Bóllös sacerdos. Fr Franciscus de Felimej laicus.

Frater item duo Anonymi priorum socij.

Codem Anno in loco Alakany occisi sunt a Turcis.

Fr Dionysius Dóssi sacerdos. Fr Georgius de Pata laicus.

Item in via per Latrones cruciati sunt:

Fr Franciscus de Kagya sacerdos. Fr Nicolaus de Ironej laicus.

Anno 1542 In Conventu S. Spiritus per Latrones noctu mactati sunt:

Fr Petrus de Merenye laicus. Fr Georgius de Kapronca laicus.

Fr Laurentius de Derény laicus. Fr Benedictus de Bredahely laicus.

Fr Michael Crós occisus est per Turcas.

Anno 1558 In Conventu Hegediensi per Turcas enecati sunt:

Fr Thomas de Heged sacerdos. Fr Ladislaus de Szádok sacerdos.

Fr Bernardinus de Lippa clericus. Fr Franciscus de Ujlak.

Menologium die 16. Augusti.

Codem Anno in Conventu de Halarad per Latrones haereticos occisus est:
Fr Franciscus de Ujlak sacerdos Guardianus Loci act.

Anno 1563 per Latrones in itinere interempti sunt:

Fr Jacobus de Delkőj sacerdos. Fr Petrus de Vázarhely laicus.

Anno 1600 per Latrones Valachos crudeliter enecatus est:

Fr Franciscus de Györgyö Guardianus Ciliensis.

Item Anno 1604 per milites haereticos in itinere occisus est:

Fr Joannes Toldi ex magnifica Toldiorum familia oriundus.

Eodem Anno in Conventu Csikiensi pauperuli Fratres ab Sacerdibus spoliati di-
re cruciabantur.

Anno 1601 tempore invasionis Siculozum occisi sunt.

Fr Joannes de Vazad Sacerdos. Fr Joannes de N, aliique plurimi Anonymi.

Fr Hieronymus Polsek autem in Berepleny a Turcis occisus est.

Anno 1644 In conventu Sebes per milites Sacerdotes Principis Georgii Ra-
koczi senioris crudeliter tortus, ac tandem occisus est. Fr Nicolaus Lajcus. Aliique
Fratres eodem tempore dictos subierunt cruciatus, Conventus item, et Dei Tomus
inhumaniter exspoliata.

Anno 1648 in Comitatu Aba Uvariensi ab Sacerdibus capite truncatus Marty-
ri Lauream accepit. Fr Marcus Benyovezhij ad partes sub montanas pro mendicatio-
ne exmissus.

ARTICULUS III

De Patribus, & Fratribus Provincia N. Salvatoris, qui olim
vita Sanctimoniâ, pietate, vel doctrinâ insigniter floruerunt.

Si memoriam virorum in Provincia N. Salvatoris, vita integritate, et sa-
pientia illustrium Barbarorum furor non sepelisset, Sane dubium, quin prolixam eorū
seriem ad aeternam Alma Provinciae gloriam producere liceret. Nunc de duobus sanctis canonica
tis, paucis scriptoribus, non nullis Sanctimoniâ, doctrinâ, vel aliarum virtutum excellentiâ
conspicuos, catalogum ex fragmentis Annalium, observato ordine obitus, vel tempore
ingressi floruerunt, succincte tantum referre necesse est. Quod id non ob vanam Sauriendam glo-
riam, sed sit, ut ex memoria virorum antea bene meritorum, domestica ad emulandam ju-
nioribus ad hinc incitamenta. Nam S. Basilio attestante: Peccatorum hominum vita, memo-
ria prodita, tanquam simulacra quaedam animata proposita sunt istis, qui bonorum exem-
pla cupiunt imitari. Sunt, Magno Gregorio et Mor. c. 1. terre: Jacol Patriarcha populea
amygdalina, et ex platani virga. presuratum adversitate decorticata, conscientia rutilan-
tes nitore: quae ob oculos omnium Christi posita, tales sui imitatione factus, qualia cernuntur
precedentium exempla, faciunt procreare. Sunt libri aperti, e quorum scriptis mortui judica-
ti leguntur. Sunt denique eodem Patre attestante et Mor. C. 7. veteres panni, quibus Sufuley
e lacu Jeremias per funes extrahitur.

B. P. Joannes Frater Regis Franciae Philippi, Primus in Regno Hungariae Nini-
stex Provincialis, tanta in vita claruit Sanctitatis excellentia, ut post obitum tres mor-
tuos suscitasse perhibeatur. Diei mortis praecium, rogavit Fratres, quatenus corpus suum
ad Monasterium Frankovillense deportarent, quod et factum est mirabiliter, sed atque hu-
mana ope: nam imprimis equi atque dirigente auriga currum cum corpore recta via
protraxerunt. Deinde cum praeterfluentis profundi torrentis fluctus obisterent, in ulla
humani navigij adjuvicio. Ille corpus ad alteram fluminis ripam translatum, ac in quieti
tumulo collocatum est. Vadingus Tom. 6. Anno 1270 et 1287. Menologium die 14 Febru.

B. P. Joannes secundus in Hungaria Seraphica familia Minister. Vir erat eximia
devotionis, et Sanctitatis: Cum Buda in Conventu S. Joannis Evangelista, qui olim ad
Provinciam Salvatorianam spectabat, finali aegritudine sensim sibi vices imminui sentiret



Effigies D. Petri Pelbartii de Themesvár, Duda in principali olim Provincia
 S. Salvatoris Conventu, ad S. Joannem Evangelistam S. Theologiae Lectoris Subtilissimi,
 ac in predicando Verbo Dei Oratoris Hungariae facundissimi, quem Ceu Candidum Pro-
 vinciae Salvatoriana florem, Semel Vaximi Hungariorum Parentibus mundo datum, ob exi-
 miam Sanctitatis famam, quæ vivus, & mortuus decoruit, Orbis Christianus in veneratione
 tenet. Duo auro, cedroque digna Volumina Sacrarum Concionum edidit, alterum, quod
 Pomerium intitulatur, alterum Stellarium, de Laudibus Beatae Virginis ~~MARIE~~, Magnae
 Hungariae Dominae, ad quam ut tenero amore ferebatur, ita in arctis rebus, velut certum
 perflugium, recurrere solenne habuit. Tandem meritis plenus, Duda in Conventu S. Joannis
 in Feto S. Vincentij, quasi subridens obdormivit in Domino. Anno 1704. Urbar. Provin.

Sacramentis Ecclesiae praemunitus, innocentem animam reddidit Creatori. Postquam mortem Petrum Ministrum gravi morbo laborantem, ac sibi devotum, Sanitati extempore mirabiliter restituit. P. Pondaga p. 2. f. 515.

P. Petrus famam sanctitatis celebris, priori in officio Ministri Successor, qui post mortem in sua inculpata vita testimonium, caecum illuminavit. Uterque Buddha in Conventu S. Joannis Evangelista ad Ecclesiam Latam in loco quodam eminentiori sepulturam obtinuit. P. Pondaga.

P. Bertholdus Ratibonensis, circa Annum 1240 Hungariae Apostolus. Tanta erat in dicendo gratia, ut eloquentiam veluti phileron quosdam occulto Auditores alliceret. Dum in sua patria certum vitiorum genus e Cathedra acriter perstringeret, criminis concilia mulier subito mortua concidit, quae tamen orantibus populi supplicatione vita reddita, retulit: adducta fuisse secum eodem puncto temporis ad Dei tribunal sexaginta animarum millia, e quibus omnibus tres tantum ad piaculares flammis fuerant destinatae, reliqua ad infernum praecipites ruerunt, unica calum recta obtinuit. In Hungaria Provincia Filiorum Beatissimi Patris Francisci recentem accrescentem, mirum in modum illustravit. Nam plures ex eis, quos infideles cumani ad privatos errores seduxerant, ad ovile Christi reduxit. Verbum ejus quasi facula ardebat, et Quia instar sermo ejus ad convertendos etiam obstinatos vehementer erat, et efficax. Ratibonam ex finibus Hungariae revertens, die 13 Decembris Anno 1272 ad perennem felicitatem meritis plenus pro exitu transiit, ac post mortem multum prodigijs claruit. *Red. S. in Dav. Sancta fol. 155. Paralel. in H. Franc.*
Ab Anno 1334. P. Ladislaus, P. Hugo, P. Antonius.

P. Ladislaus Carolo I. Regi Hungariae sanguine junctus, ex Summi S. Francisci Religione, ad Archiepiscopatum Colocensem assumptus, complura exa Republicam Christianam, praesertim in extirpanda Fratricellorum haeresi exhibuit fatigias. Omnibus licet Regi tamen Carolo cumprimis fuit in amonibus, atque a consilijs estimatissimus. Atque Ladislaus, in infelici quoque illo contra Moldavia Principem indicto bello, ubi fatali casu su Regium sigillum perierat, Regi, qua individui Comes ad latum pervenit. Tum a vinculo Colocensis Ecclesiae sua sponsa circa Annum 1334 per piam mortem separatim ad caelestem Sponsam abiit. Cum Author Natalium Colocensis Archiepiscopatus non exprimit fuisse Franciscanum. At P. Huber in suo Menologio fol. 218 ingenuè ex Chronici Ordinis inter Franciscanos recenset.

P. Hugo de Scaria in Natalibus Archiepiscopatus Colocensis, Dionysius nuncius patris: ex ordine S. Francisci viri boni odore ad Oprimates Regni perlato, promotus quoad dexterime gubernavit. Tandem vita, et dignitatis sua cursum, in florentissima Hungaria aetate, feliciter terminato, Religiosissimus hic Franciscanus Archiepiscopus, Anno circiter 1358 suavissime in Domino obdormivit. Natale Archiepiscopi Coloc.

P. Antonius, vir morum integritate, et inculpata vita religiositate conspicuus: Ca propter, dum Annum 1374. Moldavia ad unionem S. Matris Ecclesiae accessisset, in Neogreco erecto Moldaviae Episcopatu, prius Sic Religiosissimus Franciscanus, Praesulis officio fungi promeruit. Natale Archiepiscopi Coloc.

S. Jacobus de Marchia olim circa Annum 1435 reflexcentis regularis observantia promotor, et Vicarius Fratrum de regulari observantia, quae nunc Provincia N. Salvatoris nuncupatur, devotus Vicarius. Postquam à Summo Pontifice Eugenio IV Anno 1437 In Regno Hungaria Inquisitor haeretica pravitatis esset institutus, officio vicariatus, resignato, totum se ad extirpandum haereses sententum dedit, ac brevi tempore quingenta haereticorum millia ad ovile Christi reduxit. Plurimorum Hussitarum, et Patavensium haereticorum sepulta cadavera in plagis Hungariae inferioribus exhumari, et igne cremari mandavit. Unde ejus fervere moti Serigoniensis, et Collocen, si Archi Episcopi, Varadimensis, et Transylvania Praesules unò sensu ad Eugenium Papam litteras dedere, in quibus ingentia Jacobi, in rei Catholicae per Hungariam propagatione, merita, egregijs Laudibus, commendaverunt. Divò Joanne Capistrano in Conventu Provinciae nostrae Ujlakiensi vitam sanctam, veluti sidus fulgidum, emicuit adhuc in vivis pro solamine Fratrum de regulari Observantia. Pater Jacobus, atque in expeditione contra Turcas pro defendenda Hungaria munus Legationis Pontificiae loco Capistrani suscepit. Vita ejus austeritate, continua corporis mortificatione, ac assiduis pro animabus lucrandis impensus zelus exprimitur in Bulla Canonisationis data Anno 1426. Ad hodiernum reservantur in Archivio Provinciae, bina Beati Patris Suius Epistola, quas propria manu in exili pargamena scripta ad Summum Pontificem. Earum tenor, multiplicium item privilegiorum sibi, et Fratribus de Regulari observantia concessorum series, patet ex Dullij, superius parte primâ ad Annum 1435. recto ordine recensiti. Defuncti Vble ejus corpus Neapoli quiescit, claret miraculij quam plurimis, et ad cunctorum admirationem non incoerens primum solum, sed et flexibile permanet. Rev. Rom.

S. Joannes de Capistrano vix in Amalibus Hungariae ob rara virtutum exempla magnopere commendatus. Orandi studio, demissione animi, et assidua corporis afflictatione, omnibus, quamdiu vixit, admirationi, post mortem desiderio fuit, vacer pietatis, quo flagrabat, ardor, eminebat in ejus vultu, et quoties de Deo verba faceret, animos audientium inflammabat. Venit in Hungariam Anno 1452 tempore S. Nicolai Papae V, ubi multa admodum praeciosa opera gessit, tam in convertendis haereticis, quam in repellendis ab Alba Praea Barbaris. In ejus laudem, Gde Magister Joannes de Turver in Chronica Regni Hungariae, edita Anno 1456 refert: Frater Joannes de Capistrano, cum videret Dominum Comitem Joannem Hunyadi ultimum respici ramibus laborantem, post illius commendationem Deo factam hoc flebile carmen dixisse fertur: Salve aureola caeli, cecidisti corona Regni, extincta es Lucerna orbis. Heu! corruptum est Speculum, in quod inspicere sperabamus. Nunc tu devoto inimico regnas cum Deo, et triumphas cum Angelis, Oh bone Joannes! Qui vita ipsius comite in Christo confovebant amorem, hi nec insipientij dico examine mortis ad invicem sunt separati. Nam praescriptus vix cathalogo sanctorum digne adscribendus, S. Joannes de Capistrano, praefato Domini Comiti Joanni Hunyadi sincera charitatis junctus dilectione, post discessum ipsius Comitis, non multos sub sole duxit dies, Averra, le magis, quam terrenum peroptans atrium inhabitare, spiritu ad coelum volante, sumo, degra conditus erat, divisum ab anima suam revivuit corpusculum, quod in claustris Fratrum Minorum de Observantia, quoniam sub habitu et ipse vitam S. P. Francis imitatus est in Oppido Ujlak fundato, debita conditum sepultura, innumeri claruit miraculij, clarescere non desinit usque in praesentem diem. Ita ex chronica de verbo ad verbum. Cum septuaginta esset annorum, obiit R. P. Joannes Capistranus eodem Anno, quâ praefatus Joannes Comes, nempe 1456 die 28 Octobris. Ejus corpus successu temporis ob metum Turcarum fuit translatum ad Conventum Lollis vocatum

eiusdem Provincia; sed destructo tandem **Conventu** à **Daxone** **Petro** **Perenyi** à **Fide** apostatante in puteum profundum conventus proiecitur est. Hæc in libro, qui fortaliter, um fidei inticulatur de S. Joanne Capistrano. Mirabilia, quæ Deus per servum suum Joannem ab **Alexandro VIII** Annò 1590 inter sanctos relatum operatus est, passim in Legendis recentioribus chronici Hungariæ, Chronologia Provincia Austriacæ, et Capistrano triumphante exhibentur. Id pro volumine **Alma S. Salvatoris** Provincia sufficit, quòd hæc duo sidera uno eodemque tempore in suo Hemisphereo micantia, veluti **Duo**, **Appo**, **Stelos**, **Sanctos** **Canonizatos**, et miraculy **thaumafurgos** venerari possit.

P. Bartholomæus Lasini de Sáros Patak, inter primos observantia prælatos floruit Annò 1485. Reliqua inter, quibus conspicuus videbatur virtutes, pollebat dono liberandi energumens: Unde dum in Moldavia mulierem quamdam Schismaticam à jugo demonis solvisset, orta est non levis inter Callogeros Schismaticos, et Fratrum nostrorum contentio, quæ tandem ad publicam offensionem etiam Principis erupit. Admirabatur, et simul venerabatur ejus sanctitatem **Inclytus** **Rex** **Hungariæ** **Mathias** **Corvinus**, ac ob id quemadmodum **Joannes** **Corvinus** **Penitor** **suum** **Capistranum**; ita **Mathias** **Lasinium** in vita sincere dilexit, in morte amulabatur. Hic namque Annò 1488 quæ vicarius tertia vice gubernans in **Conventu** **de** **Tóvis** senio confectus vivere desijt; ille vero **Vienna** **in** **Austria** Annò 1489 apoplexiâ convulsus universum **Regnum** inexpectato obitu contristavit.

P. Stephanus de Propronka **Hungarus**: ut scientiâ, ita religiosi moribus humilitate, et paupertate insigniter præditus, ob eximia natura, et gratia doctus, præcipue vero in prædicando Verbi Dei facundiam, erat tam **Fratribus**, quam **Magnatibus** admodum charus, ac ideo pro gubernis Provincia ter in **Vicarium** electus. Tandem ad vitæ terminum properans **Fratrûm** **coronâ** in **marore** adstantium stipatus, venerandus **Senecio** ad **superi** migravit Annò 1500.

P. Michael de Sz. Miklós illustribus in ordine **Seraphico** claruit virtutum radijs, qui cum in saeculo ab omnibus, ut **Doctor** **famosus**, **magnis** **encomijs** extolletur, mundum, et saecularem pompam pertransisset, vanitati valedixit, ac **religiosum** **fratris** **habitum** assumens in humilitate, et simplicitate **Seraphica**, totum se **Dei** **officio** **mancipavit**, atque jugum **Christi** usque ad vitæ terminum patientissimè traxit. In **Conventu** **Provincia** **S. Salvatoris** **Strigoniensi**, quæ **profundus** **S. Theologiae** **Lector** prælegit **sententias** **Fratribus** Annò 1483.

P. Gabriel de Terona. Ex Provincia **Veneta** **S. Antonij** in **Hungariam**, et **Provinciam** **S. Salvatoris** venit cum **S. Joanne** **Capistrano**, cujus vitam, et regularem observantiam perfectè imitari, quoad vixit, in votis habuit. **Magistro** **suo** **in** **Conventu** **de** **Uylak** ad meliorem vitam transeunte, **Gabriel** inter **Fratres** **Hungariæ** de regulari observantia, sancta vitæ cursum annis pluribus duxit, magnamque apud omnes obtinuit **sanctimonia** **opinionem**. **Venerabantur** **in** **eo** **Optimates** **Regni** **Hungariæ** **hauscram** **S. Joanne** **pietatem**, **animi** **moderatior**, **nam** **morem** **gravitatem**, **ingenij** **dexteritatem**, **consilij** **maturitatem**, **maximè** **verò** **mansuetudinem** quæ tam probe noverat **senium** **motus** **temperare**, ut per **triginta** **annorum** **spatium**, nullum, quam **mortalium** **irasci** **videretur**. **Inclytus** **Rex** **Hungariæ** **Mathias** **Corvinus** tanti viri **dexteritate** **percepta**, eum **multis** **vicibus** ad **vicinos** **Principes** **Legatum** **misit**, cum **grave** **præsertim** **negotium** **tractandum** **accidisset**. Unde **meriti** **ejus** **tum** **apud** **Papam** **Paulum** **II**, **tum** **apud** **Regem** **dietim** **accescentibus**, **Episcopus** **Albensis** **præfuit**, **Agriensis** **postea** **denominatus** **est**; **in** **quibus** **præfulsa** **dignitatis** **gradibus**, **zelosum** **se**, **et** **vigilantem** **Pastorem** **exhibuit**, **tantumque** **apud** **Regem** **Mathiam** **a** **consilij** **valuit**, **ut** **unus** **ille** **ubique** **ab** **omnibus**, **Regis** **Consilium**, **diceretur**, **et** **haberetur**. Demum **satagente** **Rege**, à **vinculo** **Agriensis** **Ecclæsiæ** **solutus**, **sub** **titulo** **S. Sergij**, **et** **Dachi** **maximo** **favore** **Pontificiæ**, **et** **Regiæ** **Curiæ** **Cardinalij** **Presbyter** **denunciatur**. **Multis** **ad** **finem** **laboribus**, **in** **diversis** **Legationibus** **Pontificiis**, **pro** **Deo**, **et** **Ecclæsiâ** **exantlati** **ad** **capescendam** **coronam** **justitiæ** **Annò** **1486** **abscessit**. **Chron. Cæl. & Ord. P. Aubex** **in** **Menatog.** **16** **Febr.**

P. Petrus Ionerius, in Natalibus Archi Episcopatus Colocensis, de Arva nuncupatus. Vir: ut Bonfinius memoria prodit: Liberò ac rigore ingenio, et animò pro asserenda saepe veritate, et utilitate publica, usque adeò vehementi, ac intrepido, ut formidolosam Regis iracundiam quoadmodò non expaverit. Accedebant litterarum studia, quibus in Italia diu operam dederat. In dolem suam optimarum artium studijs, instructam ita applicuit, ut prope tempore ex paupere S. Francisci Religione expetit, ad Annus 1479 Archi Episcopus Metropolitana Ecclesia Colocensis, ac Aula Regia Cancellarius à Mathia Rege constitueretur. In tam excelso dignitatum vertice constitutus, quamquam probe noverit vigilantiam officij Cancellariatus cum tiara, et cucullo conjungere, accidit nihilominus fataliter, quòd ob commissam clausulam haud levi, in interitu mento paci cum Dajate Moldavia Principe confecta maximam Regis incurrit indignationem, nec prius, quam Corvino defuncto, sub Uladislao Rege II ad sedem suam Colocensem redire valuit. Chron. Hung. Nates Archi Ep. Coloc. P. Huber fol. 218.

Venerabilis P. Pelbartus de Temesvár, virtutis eximius cultor, gente Hungarus: Religionem Franciscanam de Observantia inerat. Adolescent, et expectationem quam de seipso à primo Religioni aditu movit, vita sanctimonia, rebusque generis ægravit in posterum. Prius in studijs altioribus, ingenij præstantia, et laborij assiduitate maximam sibi in Theologicis sententijs eruditionem comparavit; demum Duda in Conventu Provinciae S. Salvatoris eorum principali ad S. Joannem Evangelistam præ prælegenda Discipuli Theologia applicatus, pietati à Seraphico Patre enixè comendata, conjuncte litteram, cuius amore libris cum ipso sanitatis dispendio impalluit. In studio factum est, ut ex authenticis commentarijs, et scriptura sacra, plura præclara edidit volumina. Inter hæc duo auro, cedroque digna, ac verbi Dei prædicatoribus utilisima, ad nostra usque tempora, typo antiquo impressa conservantur. Unum, quod Pomerius intulatur, pro singulis festis tres, quatuorve, pro Dominicis quibusdam plures complectitur sermones: Alterum, cuius titulus: Stellarium D. V. Mariæ, exhibet conciones super duodecim stellis in venerationem Hibatae Virginis Deiparae, quam venerimus semper, quoad usque vixit, observabat affectu. Item hic precibus, simul, et Religiosis multis pro utilitate Fratrum, et Floria Dei exanthari laboribus, Die VI Januarij Anno 1504 quasi somno suavi consopitus, felicem Deo spiritum reddidit. Prout in vita, ita quoque post mortem ab omnibus etiam extraneis vir sanctus habebatur, et passim audiebatur. Opera nihilominus concionatoria, quæ ut comendatissimam genij sui monumenta reliquit, primò à sui obitu Anno decimo videlicet 1514. Norimbergæ Typi data ad lucem venerunt. In Chronica ejusdem Provinciae S. Salvatoris hæc de morte ejus annotantur: Frater Pelbartus de Temesvár, Magister sacra Theologia, Duda in Conventu S. Joannis in festo S. Vincentij Martyris Anno 1504 quasi subridens obdormivit in Domino.

P. Svaldus de Lasko ex parentibus Hungarum prognatus: Religione, austeritate vitæ, ceterisque virtutibus adeò excellit, ut inter præstantissimos, rarij exigentibus, Fratrum amorem, studium, et benevolentiam omnem sibi concilians, summis, quæ vel ad Fratrum commodum, vel pietatis incrementum oportuna esse videbantur. Quamquam enim sub id temporis Familia Seraphica de Observantia, tum à Confluctibus exagitaretur, hic nihilominus eruditus Vicarius, se ubique vigilantem Pastorem exhibuit, ac non in Comitibus solum Regni, sed et in Capitulo Generali Anno 1504

Roma celebrato feliciter triumphavit. Otio perpetuum bellum indicens, multa pro devotione fidelium, et Verbi divini praedicatorum utilitate in scripturis laboravit, eatenus, ut quae insignis Verbi Dei praeco plures edidit libros, concionatoribus praesertim utiles. Primum suum concionatorium opus intulit Diga Salutis, in quo completitur plures tomos concionatorios, nimirum: de Tempore, de Sanctis, de Praeceptis, et Sermones quadragesimales. Alterum nominat: Perma Fidei. Postremo ad venerandam senectutem perveniens, plane dum tertia vice Provinciam regeret, sanctè obiit Buda Anno 1511. Corpus ejus quiescit in Conventu S. Joannis Evangelistae.

P. Gregorius Frangepan. è Comitibus Frangepanibus a Terzháth: postquam in Seraphico B. P. Francisci hortulo veluti novellus, et tener flosculus aliquantisper florisset, ut virtutum ejus fragrantia latius diffunderetur, ad Praeposituram prius Albensem ponitur, dein verò Anno 1504 in magnum Colocensium Ecclesiam ornamentum ab Uladislo II Rege Archiepiscopi Prælati renunciatus est. Religionis amplificandæ studio, et consiliorum magnitudine, non Hungarico tantum, sed Orbi Europæ notior, quam chartæ exilij angustijs commendetur. Lvi tametsi nihil temerè aggressus fuerit; quidquid tamen matura comunitati judicij deliberatione agendum decrevisset, illud in optatum finem feliciter deduxit. De eo Szevansius L. VIII hæc verba refert: Misit etiam Ludovicus paulo post Anno scilicet MDXX mense Aprili ex concilio seu Comitionis decreto Legatos ad Carolum Caesarem, ac Principes Germaniæ, quos electores vocant, Vormatiæ congregatos, Gregorium Monachum Franciscanorum, ex nobilibus et clara Comitum Frangepanorum Familia Archiepiscopum Colocensem de Romania satij vixit, tandem Anni, meritisque cælo maturus supremum obiit diem Anno M. D. XXII Chro. Hung. Natales Archiep. Ep. Coloc.

P. Aegidius de Czigled, Anno 1505 in Vicarium Fratrum de Observantia Buda electus. Aujus gubernium omnibus gratum efecit religiosa severitas, suavis clementia temperamento condita: purissima item paupertas Seraphici P. Francisci, quam ipse exactè servavit, subditis verò verbis, et exemplo observandam commendavit. ex Hæzar Prov.

P. Stephanus Udvarhelyi ^{Ministerialis} ^{Vicaria} dignitate in Fratres de Observantia conspicuus: ad Annus 1512 singulari pietate floruit, qui dein Religiosij virtutibus ornatissimus, et exga Albatam Virginem Mariam devotissimus, in Conventu Pongyösiensi ad Divam Virginem Elisabeth visitandem, quinto post electionem mense in Domino obiit Anno 1512, corpusque ejus reconditum est antesumum B. Virginis Altare, sub lapide marmoreo.

P. Adalbertus de Pereszény, doctrinâ, pietate, consilio, et religiosi moribus clarus: sub Leone X ad Annus 1514 capitulo generalissimo, in quo Pontifex Familiam de Observantia à Conventualibus segregavit, et Vicariam S. Salvatoris in Provinciam erexit, praesens erat: accepitque primus in Provincia S. Salvatoris titulum Ministerii Provincialis, cum antea Vicarij tantum gubernaverint. Sub hujus regimine floruit Provincia in decem Custodijs, numeravitque Conventus septuaginta duos, Fratres verò mille septingentos quadraginta duos.

P. Bernardinus de Somlyo Hungarus Transylvanus: ut erat vir proceræ staturæ, ita demissa humilitatis, et eximia devotionis, sublevantibus promeritum Observantia regulari, discretione in regendo, et prudentia in tractandis negotijs, electus est in Ministerium Provinciale Anno 1520. Cuius Provinciam regente intravit Ordinem S. P. Francisci Magnificus Dominus Paulus Thomazi in Conventu de Ujlak,

qui postea, quia Archiepiscopus occubuit in clade Mohacsiana.

P. Paulus Thomoxi, vir roga, ragoque illustris, in Comitatu Abbatij, ricensi edicus, cognomen autem a vico Thomox, trahens. Ab incunte juventute, castra secutus, et in varijs praelijs, consilio juxta et manu documenta dedit virtutis militaris. Tum contemptu saeculi delicijs, dignitatibus, et opibus, amore Christi se, suum humilem S. P. Francisci habitum elegit, quem ut devotè assumeret, in festo Immaculatae conceptionis Beatae Mariae Virginis Anno 1522 ad Conventum Provinciae Salvatorianae Ujlakiensem accedens, in porta Conventus ad suam comitantem castellam conversus, elevatâ paulisper voce dixit: Charissimi Filij, Sactenus militamus mundo, amodo volumus militare Christo. Inde ad templum, sepulchrumque Divi Joannis Capistrani se contulit, ac ibi circumrassa comâ, et religiosa veste devotissime assumptâ, austerum vitae genus ad omnium contubernaliûm admirationem prosecutus est. Sublato è vivij Archiepiscopo Colocensi, Rex Ludovicus cum ingenuè se excusantem, imò et reluctantem, interpositâ Legati Pontificij auctoritate, è Familia Divi Francisci exemptum, Colocensi Throno, et earum partium militarij profectura officio decoravit. Et quamquâ vir iste Seraphicus ad cum dignitatum apicem eveheretur, humilem tamen S. Francisci habitum nequaquam dimisit, sed eo, et duobus Franciscanis à P. Provinciali ordinatis, ut sua conscientia vestibus semper ad latus retentis verum se sub Archiepiscopali Throno exhibuit Franciscanum. Postquam tres in assumpta dignitate transegisset annos, rursus in bello à Solymano Principibus Christianis, et in primis Regi Ludovico indicto, Regis, et Regni Magnatum voto, esto invitus, supremus Belli Dux constituitur, atque in clade illa Mohacsiana, nunquam satè deploranda cum toto christiano exercitu, ipse quoque ut Belli Dux egregius Christo victima concidit Anno 1526 die 29 Augusti. Post Thomoxi è vivij discessum, cum in ijs Regni plagis prae paucos S. Francisci Filios, rari admodum fuerint rerum Divinarum Ministris, idcirco Archiepiscopatus Colocensij ultra duo fere saecula, titularis solum vocabatur Metropolitae. Videantur Chronica Regni, Provinciae Salvatorianae, et Nationales Archiep. Colocensij.

P. Franciscus è Comitibus Frangepanibus a Tex hat claris viribus illustravit. Nam in tenera aetate contempti fastuosi saeculi exujs, ac arce per sacram professionem Regulae, et vitae Franciscanae se obstrinxit, verus pauper, ratijs amator, devotus item, humilis, obediens, mansuetus, et patiens, ceteris pro exemplo praeluxit. Ex ordine ereptus, prius ad Episcopatum Agriensem, dein vero Rege Ludovico in clade Mohacsiana vitâ functo, atque reditibus Agriensij Ecclesiae Petro Perenyio, contra fas, et agrum adjudicatis, ad Archiepiscopatum Colocensem Joanne Rege comite Anno 1527 promotus fuit. In ea infelici Hungaria abate, quâ duo Reges ad invicem confligentes Regni vires exnuabant, Joannis Regis Legationem Romae apud summum Pontificem, et Viennae apud Ferdinandum pro stapilienda pace magnamini virtute executus est. De quo Stravinsius Lib. XII sic scribit: Rex Joannes Franciscum Archiepiscopum Ordinis Divi Francisci Monachum, sed ex illustri Comitum Frangepanorum Familia oriundum ad Caesarem mittere decrevit De vir fuit prudens, magnisque laboribus par exegendis, ac inter frequente Turcarum, et Haereticorum insulens defendenda Fidei Catholicae summopere studiosus: qui tandem Annis,

et laboribus sepius, et articulari morbo grandiu conflictatus est Spiritum Deo reddidit. Annò 1542. Natales Archi Episc. Colocens.

P. Thomas de Gyöngyös Pata, ob modestiam singularem, et morum amantissimam svariis omnibus amabili, ac obinde communi voto in Ministrum Provinciale electus Annò 1536. vita ejus probitatem, paupertatem, et Deo oblata castitatis amorem, zelum item promovendi in Provincia Regularem observantiam, pandunt Pastores ejus littera, quae hodie in Archivo Provinciae videntur.

P. Philippus Palmata, orationibus, jejunijs, carnis macerationibus impense deditus: his alijsque vitae austeritatibus magnam à Deo obtinuit gratiam ad liberandos energumenos, et maleficia depellenda. Urbar Prov.

P. C. Cimericus de Tóvis Hungarus Transylvanus, Religiosa disciplina studiosissimus, et regendi dexteritate admodum conspicuus. Exinde accidit, quod tamen post cladem Mohácsianam omnes fere in tota Hungaria Religiosa Provincia, Barbarorum, et Haereticorum ulteri, citroque saviientium manu perierunt, ac indeolata eorum N. Salvatoris Provincia, non nisi quatuor Conventus, et quingvaginla duo Fratres superessent, ipse tamen inter miserabiles suas calamitates, gratia conservanda Religiosa observantia, novem vicibus fuerit in Ministrum Provinciale electus, quod Praelatura sua officium cum ingenti afflictis Provincia commodo laudabiliter semper tenuit. Tandem ultimò sui Ministeriatùs Annò, adesperascente vita sua die exantlati, in vinea Salvatoriane laboris premium periturus in veneranda senectute ad caelestem Patremfamilias migravit Annò 1579.

B. He poma: P. Stephanus Uvradely vide supra

P. Michael de Szilagy Somlyó Hungarus Transylvanus: zelo fervens, oratione clarus, et eloquentia insignis extitit. Primus ex Provincia N. Salvatoris, ut pro Custos, ad Capitulum Generale in Hispanijs indictum Annò 1573 profectus est, ubi in officio Provincialatùs brevi vicibus Summis ejus imposito, quamplurima adversa perpeti debuit, praesertim a fraudulentis Provincia obrectatoribus. Dum circa Annum 1600 Velegrady, in Conventu S. Cisterciensium, altiorum studiorum causa immoraretur, prius cum P. Ludovico de Angyalos, confessorio praelati, antea pridem derelictum, eorum Provincia nostrae oblatum Aradiensium Conventum subintravit. Posteaquam tantum Provinciae filiorum defensor, multa de rebus illa tempestate gestis eleganter conscripserat, varijs subim incommoditatibus exhaustus Annò 1654 extremum diem beatissime clausit in Conventu Szakolcensi.

P. Casparus Jász Derinyi Hungarus ex Metropoli Szazigi oriundus: in Ministrum Provinciale Annò 1668 electus, praesuit Provinciae reverens Israelita, in quo nullus aderat dolus, miti animo, nemini onerosus, ad omnia humilia servitia resolutus, atque ideo omnibus graciosus. Dum ad comitia generalia prius qua Custos, dem Vallisolerum in Hispanias, qua Minister Provincialis 1679 proficisceretur, pedestes, et atque recursu ad pecuniam, potiori ex parte molestissima itinera superavit. Inde rediens corporis mortificationi assuetus, ossa aliogvum humiliata, ut olim exultarent, in spiritibus subjectionem coegit, ac tandem in senectute bonamultum praeclearis meritis plenus, animam suam placidissime Christo reddidit Caspovia Annò 1678 die 25 Junij. Ex itinerario propria manu conscripto. et Urbar Prov.

P. Andreas Fülöp Hungarus Fülekiensis N. Theologiae Lector, et Verbi Dei Praeco nominatissimus, cum ad munus Ministerii Provincialis Annò 1674 eveheretur, zelosissimus extitit rerum Religionis promotor, impenditque maximam operam, ut Chronologia Provinciae diligentius ac antea, connotaretur. Ea propter ejusdem jussu P. Christophorus Agricola, ea, quae eorum recenter acciderunt, multaque alia notanda digna in unum fascem congregavit. Deinde Verbi Dei votorum observantiam etiam zelo Domini Dei confectus, pessimo fine potest. 1698 die 22. Mo. Eccles. Ardens ejus in lucrands animabus zelus

zelus, vel ex eo elucere, quod munere Provincialatus laudabiliter expleto, non loca tutiora, quietis amica; verum delegit Conventum Szegediensem, eorum Barbarum fuzori per viam; ubi dum octo continuis annis in vinea Domini zelose operaretur, incidit venerandus senecio in insolentes Tartarorum manus; qui eum prius funibus, compeditus ve vinculis, atque una cum Religiosis Sodalibus veste penitus exutum, ad nudum pectus ferro can-dente, vivis item carbonibus, insolenter cruciant, tabaco folia in dorso minutim concindunt, ac quod magis barbarum est, circulos ligneos, acutis davis capitibus Teatum constitunt. Id per Christianam plebem egre impetratum est, ut Guardiani senio confecto, ceteris que Fratibus vita concederetur. Dein Vir Dei, votorum Observantia datus, zelo domus Dei consumptus, pristino fine quievit anno 1698. die 22. Nov. Szecenyi.

P. Jacobus Braune, ex Provincia Hybernia Lector Jubilatus, et S. Theologiae Lector actualis, obiit Cassovia anno 1680. Hic devotus Pater tamen ex Provincia externa missus fuerit ad docendum, ita nihilominus in Provincia nostra applicuit talentem, ut intra duodecim annos partim Salgoczyj, partim Cassovia solenni cum applausu Theologiam Fratibus prolectam, publice et solenni cum applausu propugnaverit cum suis discipulis. Inde ob exantillatos labores, eodem, quo decessit anno, Lector Jubilatus denominatus est. Proter sublimem scientiam, emittit in eo humilis seraphici Patris spiritus, mansuetudo item, et austera carnis mortificatio; ob qua virtutum genera promeruit a Deo, ut corpus ejus, evolutis etiam medio saeculo, una cum corporibus, ^{unius} ~~conjugum~~ e societate seculi, et abicij ^{us} Virginitatis seculari, flexibile, et incorruptum conspicientibus appareret, ut hodie dum domestica fama refert.

P. Vitus Huber, ob eximia merita Provinciae Patribus aggregatus, vix sua aetate secundum in pijs conatibus conspexit. Prolegit Fratibus Theologiam Speculativam Cassovia cum industria solertissima, alma Provincia ingenij sui acumine in causis arduis succurrit, ac pro indelebili nominis sui gloria, opus perutile typo datum, seu explanationem Regulae sacrae S. P. N. Francisci, Patriae huic accomodatissimam, constitutus reliquit. Devote tandem vivere desijt Cremniczyj anno 1707. sepultusque est infra Sanctuarium, cum nominis sui superscriptione.

P. Perardus Ketskemeti, nunquam inter mortuos memoria Religiosus. Hic ob austeritatem vita observantiam ad munus Provincialatus anno 1687. assumptus, afflictissimam Sanctissimi salvatoris Provinciam, ab Turco e Regno receptam, mixe solatus est, marem veterem absterxit, novaque, ac festiva cyclade induit. Exacto dein onere regiminis, ab omni penè vanitate mundi secedens, ac uni Deo semet consecrans, id a benignissimo Numine mercedis temporali retulit, ut placidissima sua morte obveniente, super tectum Fulekiensis Residentis, (in qua carne solutus est) duo decim candelas, lucidissima flamma ardentes, cunctis, etiam accatolicis, sume admirantibus, sexa nocte apparuerint. Sepultus est in eodem loco, fama sanctitatis, ~~fama sanctitatis~~ ^{his affiduo} anno 1702. fama sanctitatis adhuc superstitis.

P. Joannes Barkanyi, Praedicator Hungaricus clarissimus, qui cum toto fere vite tempore, huic potissimum muneri destinaretur, dixit concioner creberime, tanta altissima sapientiae existimatione, ut ad eum partim ~~populus~~ populus conflueret, demixtus in paupere Franciscano nobilem vim dicendi, et sublimem scripturae interpretationem. Quod gemini toni aurate descipulorum ejus concionem, lucem non suspexerint, injuria novercantis temporis et fortuna, non concepit prohibuit. Parvulos catechesi formare in delicijs prae-suit; ita et in saero tribunali audire plebeculam. Propterea laborum postea praesens, pie obiit.

P. Remigius Nyajas, Vir semis gravis, qui esto ob eximia virtutem decora, ad altiora Provinciae officia propediem evehendus cerneretur, ac munus Custodis Provinciae acta obiret, ipse nihilominus, mundum, ejusque vanitates

fastidiosus, vilitimum se se reputavit. Obinde etiam, cum toto vito defluxu, nusquam
novam vestem assumere vellet, habitum, quem in principio mutati status acceperat
ad decrepitam usque etatem palmaribus plicis oneratum, retinuit; ac subinde inter vita
contemplativa felicias, in porta religioso quietis, placide mundo valedixit secessimi
Anno 1702. die 16. Junij.

P. Ambrosius Flavi, S. Theologiae Lector generandi, et actuali, ac Provincia
diffinitor actualis, suavi morte vitam suam clausit Caesariae anno 1709. die 16. Feb.
ruarii. Erat is tum in dicendis concionibus Hungaricis excellens, tum in prole
scoti subtilitatibus propugnandi famosissimus: ea propter notam reddidit ingenij
sui felicitatem, non intra Hungariae Regnum solum, sed et Roma in Orbis uni
versi capite, ubi videlicet Theologiam quatuor annis sibi proleptam, publice sub
emblematis Divi Joannis Capistrani cum triumpho propugnavit, atque exinde
ad propriam Provinciam eximij commendationibus stipatus, remeavit.

P. Joannes Nagy, juxta nomen suum erat vir magnanimus, Presensia,
quod oppidum Comitatus Neogradensis metropolis est, oriundus. Huic cum statura
elegantem proceram, domestica adeo fuerant mores placidissimi, rerum quae agendam expe
dita notitia, ut eum non Christiani solum, sed et Turco Christiani nominis hostes, dia
benevole audierunt. Demum duce prudentia, inter utramque aulam, Cosarea Regiam mi
mixum et Ottomanicam, ita provide instar cardinis versabatur, ut quid quid uni
placere novit, id alteri prestare haud intermisit. Inde Turcarum, Tartarorum
que molimina, a suppressis Babi, quos Parentes vocitabat, circumspecte cog
nita, Ducibus Christianorum castrorum, fiditissimus intermediator communicavit,
eo quidem successu partium Christianorum progressu, ut plerumque e Cosareis,
huic uni Patri Joanni, superius obsecundantibus adscriberent, procipu
ocum castrorum Hungariae, a Tyrannide Turcica solutionem. Neque tamen
id sine vulnere Seraphicae Religionis accidit: Barbarus e quidem, paululum
a Cosareis ad Viennam prius, dein etiam alibi pressus solito ferocior eva
sit, atque Szegedini Tartaris commixtus, pluries in conventum insolenter irru
pit: primo quidem Patrem Dandianum Joannem Nagy, Patrem Andream Filep
semiculum Provinciae Patrem, et ceteros fratres, viros dorso tenens colligatas in
carnem ~~traxerunt~~ rantes, more Tartarico scutici quatiunt; postea etiam ~~solentem~~ iterum
solutum exinde Dandianum, Tartarorum potestati traditur, atque toto corpore
nudus, per castra Barbarorum circumductus, eo quo Barbari uttingens ut
modo, pedibus collo alligatis, ^{quasi} extremo supplicio condemnatur: demum illinc
eluctantem, postremo cum primarij senatoribus, palis palo humeris impo
sito, rursus ad infamem supplicij locum eductus, educunt, jugulandum profer
to extreme, in ope Turcarum ~~Magistrorum~~ libertatem obtinuit. Videantur
plura in Historia Conventus Szegediensis. Post multos tandem agnos, extremum
dubij hic gloriosus Christi Jesu pugil agnos Vaci anno 1722. die 8. Junij.

P. Martinus Vaczulik, Moravus, vir certe hujus viri longe memorabilis:
et pote qui cum profundissima ac multiplici doctrina, eloquentia intimam, atque exacti
simam peritiam praedit: ut virorum protestantissimorum existimatio esset, nem
nem eius etate inter consodales, ipso insublimi scientia subtiliorem, in eloquentia
exactissima protestantiorum existitisse. Romam, qua Custos, ad generalia comitia
profectus, adeo solide, ad emulorum admirationem, oblatum extempore argumentum, in
publica disceptatione prosecutus est, ut sibi, et Provinciae, haud exiguum compara
ret

ret estimationem. Postquam Theologiae Scholasticae, sacrisque canonibus, ut et
tilis: Provinciae Sanctissimi Salvatoris, et Ministerii regulantis. Provin-
Bohemica, et Transylvania, qua Visitator generalis, satis reprobatus
fuit, postremo vi morbi gravatus, in officio Guardianatus extremum diem
anno 1742. die 27. Augusti.

P. Capistranus Terreni Hungarus, prolixit Tractatus sui, ceu perfectam
quendam veri Religionis idea: ut enim in corde suo casta seminaret consilia, et mentem
ab omni sensualium et oblectatione abstraheret, nocturnis vigiliis, atiduis mortificati-
onibus, terris, quaternis ve per hebdomadam observatis jejuniis corpus arboris
radici simile, in servitutem penitus redigebat. Dum postea ex crebra mortifi-
catione, cum adversa valetudine saepiuscule conflictaretur, nocturni sibi pro ocu-
lis promere crebrius coepit, ac sollicitius, quam etiam ceu suavi somno correptus,
oppetijt Vacrij 1742. die 22. Novembri.

Frater Petrus Hecker, Professione Laicus Jubilarius: ea usque ad
decrepitam aetatem virtutum genera secutus est, quo Beatissimus Pater noster Francis-
cus in Filij sui requirit, dum ait: Sint mites, pacifici, et mo-
desti, mansueti, et humiles, honeste loquentes omnibus, sicut decet. Templorum crebro aditu
se se ab cupiditatibus, et appetitibus hujus saeculi abstrahere voluit. Nihil ipsi, quod haec connoto, licuit
senio consumptus, de media nocte a choro abesse voluit. Nihil ipsi, quod haec connoto, licuit
conspicere sepe: quanta suaveolentia, hic senecio, veluti phœnix paulo consumens,
ultimis vite suis annis, contractus de media nocte in angulo chori, cum fratribus anti-
phonam: Laude Dei demeretur. casta consilia efflicim petens, combatit veras,
frustilla panis et panis clam congnens, pauperibus in porta dispensaverat, atque interdum
sub refectorio, cultro decedente, vel proprium in thymum sua culpa causam resonante in me-
lito rephory, ad genua procedens, manu a supercilio eorum.

P. Gerardus Patati Hungarus Saszovienis, usque ad venerandam
Caritatem sublimibus Scientiarum Studiis deditus, intemeratam assiduo studuit retinere
conscientiam. Crucis mortificationem, tum clam, tum palam in corpore suo postavit,
ac obinde ob singularem vite exemplaritatem, moxum perfectam integritatem, et claustra-
lis vite disciplina regularem observantiam, passim zelosus, et authoritatis estimaba-
tur. Pietatem a seraphico Patre commendatam Studiis miscens, docuit Cassovia Theolo-
giam speculativam annis decem; dein ad altiora Provinciae munia assumptus, bis Cas-
todis, et bisque Ministerii Provincialis officium laudabiliter explevit: Provincias item Tran-
sylvania, et B. Virginis M.A.M. in Hungaria, qua observantissimus Generalis Commis-
sarius, et zelore visitavit, reliquam vero his munij interpositum tempus per tredecim
annos, in lectura sacrorum Canonum, et virtuosa Studioso juventutis educatione, toto
vite tempore Cassovia insumpsit. Deinde emensis aetate sua sexaginta annis,
vix deo, illibato deipara, cui singulis sabbatis semet arcto jejuniis devovit, seraphi-
co Patri Francisco, et S. Barbara agonisantium Patrono, singulariter devotus, anno
1746 in ipsa solennitate Postconcilio devotionis, die Secunda Augusti, dum
ad Aram S. P. Francisci sub Missa sacrificio Communionem explevit, subito tactus
est fluxu apoplectico. Postea non veste solum, sed et acuto cilicio, quo ad nudam
carnem proinchnus erat, exutus, adhuc quatuor menses in exemplari patientia
explevit, et ita die quarta Decembris, in Festo S. Barbara Virginis Nocentium Patro-
no, quam annis singulis arcto jejuniis observare conseruit, suscepti demore sanctissi-
mi sacramentis, oculis imaginem Christi Jesu crucifixi, et Divae Barbara fixae
intentus, suavissime et placidissime obdormivit anno 1747. Sepultusque est in
Domo Lauretana ad cryptam.

P. Josephus Bede, Hungarus Hettemetini mundo datus, sancti-
tate vite solitaria, moxum que exemplaritate, aliam Sanctissimi Salvatoris Pro-
vinciam mire illustravit. Hungariae flore juventutis, pauci admodum annis
Concionatoris officio laudabiliter perfunctum, ob eximia merita, altiores
censuerunt, ut qui seipsum ad exemplum aliorum reget, reliquis regendis
proponeretur

preponeretur. Expropter binis vicibus ad manus Alimithi Provinciali canonice de-
 tus, non solum superiori vigilantissimi, sed et Patris amantissimi partes explevit. In suis
 semper sollicitus, mores placidissimos, grandem animum, ac angelicam pene modestam pro-
 seferbat. Inde exteri etiam seu comunes, seu Magnates, verbis ejus ponderosis acries,
 cebant: modestia vero, et sancta conversatione, plane delectabantur. Demum quo
 alij in rebus gravissimis, vix per vim, legesque effecissent, hic hinc ea comitate, et
 auctoritate prestitit facillime. Caritatis, qua virtus precipua est, tantus erat
 cultor, ut mihi, quo hoc scribo, medio arcanorum suorum conscio, aperuerit,
 tunc primo, ultimoque manu sua mulierem inveterunde attingit, dum e matre
 no eggeretur uter. Erat insuper piarum consuetudinum, et religiosae discipli-
 nae custos accuratissimus, quam etiam apud suos urgebat, et strenue, et placide,
 non tam externa quam severitate, quam suis exemplaribus actis, eam com-
 mendando. Cum post secundum Provincialatus cursum, viginti quatuor fere an-
 nis Conventum Szececientem, omnibus saeculi strepitibus solutus, incoleret, ea, qua
 pio mortis erant, diutinando, et meditando, ardentem gerit: atque a mayo-
 ribus locum sepulturae infra limen portae, qua Fratres sumpta refectio, pro gratiji Deo
 reddendis Ecclesiam intrare conveverunt, vix humiliter a cunctis calcanti pedibus cal-
 cari cupiens, efflictim expetijt. Tali proin viro, fere octuagenario, cum nos sciri
 gauderemus, morbus extremus eum corripuit, quo invalescente, omnibus mori-
 entium sacramentis munitus, inter preces Fratrum, anno 1760, die 23. Septembris
 Religiosus sexaginta, Presbyter quinquaginta duorum annorum, placide obdormi-
 vit, et in loco postulato sepultus est Szececentij, ^{anno} aetatis suae septuagesimo sexto,
 die Christiana 1760.

P. Laurentius Rusvai, II. Theologiae Lector Denerat, ex Apati-
 Sarygia Oppido oriundus; acris, ac virido ut erat ingenio, perceptis in primis
 studiosum fundamentis, in reliquis subtilis Doctoris subtilitates ediscendas, ea
 ingenij felicitate incubuit, ut ipsorum Lectorum, Moderatorumque suorum,
 quos viros procellentes habuerat, exhaustam industre, profectu omulos
 anteiret. Dein ex fami munere Concionatoris ad Lecturam, inde ad Diffi-
 nitatis et Custodis Provinciae officium, virtutibus juste postulantis, mature
 mature per gradus euectus, ceteras inter curas, in festivo praecipue Nobilium
 Auditorum confluente, habuit conciones frequentes: quarum una ad Saryges anno
 1767 picea libertate redonata, dicta, et Typo vulgata, etiamnum legentes ob-
 lectat, reliqua exemplaribus in scriptis dispersa, quampluribus hinc subsidio.
 Expleto postea officio Provinciae Custodis, vir innocens, et pacificus, adversa aegro ani-
 mo sufferens, atque quodammodo multis praesentis, ita ita intra soli-
 tudinem sua cellula, quam accurate custodierat, Lecturae sacrorum canonum pro-
 vidit, ut una de arte bene moriendi, perutilem libellum, ex Latino, in idioma
 Hungaricum, eleganti versione transtulerit, qui subinde Typo datus, hodie dum
 Homines mundanos, iuxta ac Religiosos ad bene moriendum disponit. Cum postremo
 ex vi

ex vi subitanè ingravescenti morbo, tempus resolutionis sui corporis imminere adven-
teret, Optimum in arena cepit consilium: proci dit nam qe in genua coram effigie
Jesu Christi Crucifixi, et ita patienti Salvatori capite reverenter inclinatus, agnis
que sui angustiis eidem commendatis, ut vivere convevat, solitarius, prope Jenu
animam suam tradidit Pyeongyööm die 17a Novembris, anno 1759.

ARTICULUS IV Catalogus Praetorum Provinciae N. Salvatoris.

Cum antiquitatem Alma Provinciae N. Salvatoris, ad ipsa Beatissimi Patris Francisci traducamus, necesse est: ut omnes, tum antiqua Provinciae Ministros Provinciales, usque ad divisionem, et reformationem ejusdem, quod nimirum circa Annum 1424 contigerat, tum etiam Vicarios Bosniae observantium Provinciae, ex qua veluti fonte parvo, in totam Hungaria familiam regulari observantia promanavit, in Catalogo per ordinem referamus.

Series Ministrorum Provincialium antiquae Provinciae:

- I. Minister Provincialis in Regno Hungariae fuit P. Joannes, Frater Regis Franciae Philippi.
- II. P. Joannes, vir magna sanctitatis
- III. P. Petrus, famam sanctitatis admodum celebris.
- IV. P. Stephanus, electus 1288.
- V. P. Barnabas, electus 1296.
- VI. P. Adrianus, electus 1298.
Hoc tempore S. Bonaventura totius Ordinis Minister Generalis in Summa Regula, et sanctissima pauperum observantia illibatum conservavit Ordinem S. N. Francisci.
- VII. P. Haymo, electus circa 1300, et rexit fere Annis 12.
- VIII. P. Andreas, qui floruit circa 1313.
- IX. P. Joannes, electus circa 1325.
- X. P. Marcus, electus circa 1337. resignavit officium 1339.
- XI. P. Petrus, electus circa 1335.
Sub gubernio hujus Ministeri Provincialis, Fr. Perardus Odonis totius Ordinis Minister Generalis erexit Provinciam Observantium in Bosnia Anno videlicet 1339.
- XII. P. Nicolaus, electus Strigony in Capitulo 1348.
- XIII. P. Martinus, electus 1380.
Anno isto Strigony in Hungaria Capitulum Generale totius Ordinis celebratum est.
- XIV. P. Martinus, ignoratur, quo tempore gubernaverit.
- XV. P. Clemens, ignoratur tempus regiminis.
- XVI. P. Joannes, Capellanus Reginae depositus Strigony in Capitulo 1383.
- XVII. P. Franciscus, electus in locum depositi in eodem Capitulo, obiit 1385.
- XVIII. P. Michael, electus 1386.
- XIX. P. Joannes Zerulos, floruit circa 1410.
- XX. P. Bartholomaeus de Verode, electus 1416, et rexit Annis pluribus.
- XXI. P. Petrus de Sabaria, electus circa 1426.
- XXII. P. Andreas de Agria, electus circa 1434.
Hujus Ministeri tempore, Fratres Hungariae de Regulari observantia segregaverunt se et suos conventus a Vicaria Bosniae, et Vicarium proprium P. Fabianum Kenyeres de Dacia elegerunt.
- XXIII. P. Paulus de Regis, electus circa 1445.

Sub hujus, et prioris Ministerii gubernio divisa est antiqua Hungaria Provincia, ex cuius membro principali Fratres de regulari observantia, a Bosniae parte ante divisi, unam amplissimam Provinciam, qua S. Salvatoris dicta est, exererunt, reformatas omnes conventus, et custodias, aliud vero membrum minus permansit sub proprio Ministerio, et Provincia Maria denominata est. Videantur plura de hac re superius p. 1. ad annum 1444. Item apud P. Szentivanyi scriptorem Societatis de super celebrem, qui ex Archivo Provinciae Mariae haec excerptit: Fr. Paulus de Szegs Minister fuit Anno 1448, quando conventus Dudenis, Pesthensis, et Strigoniensis accepti sunt à nobis.

Series Vicariorum Bosniae Vicaria.

Magistra quondam in observantia regulari, quoniam et Mater Provinciae Salvatoriana, exiit Bosniae Observantium Provincia, ac obinde Catalogum quoque illius Provinciae Praelatorum, qui usque ad divisionem relexerunt, hic inter serere, pietas exigit.

I. Vicarius Bosniae Observantium Provincia institutus est ab ipso et Ministerio Generali P. Peregrinus de Saxonia 1339.

II. P. Martinus de Art institutus a Ministerio Generali 1339.

III. P. Franciscus de Florentia institutus à M. G. 1350 die 10. Maj.

IV. P. Lucas de Hungaria institutus a M. G. 1357.

V. P. Rodalvus de Florentia à M. G. institutus 1367.

VI. P. Franciscus de Florentia, iterato institutus a M. G. 1367.

Hoc tempore Rex Hungariae Ludovicus plurimum auxilium numerum Fratrum de regulari observantia, ut refertur supra p. 1. ad annum istum.

VII. Fr. Bartholomaeus de Alverna, institutus 1367, et exivit continuè 41 Annis.

Sub hujus gubernio passi sunt quinque Martyres de regulari observantia in Bodony Bulgaria Civitate.

VIII. P. Petrus de Sena institutus à M. G. 1408.

IX. P. Henricus de Polonia, institutus à M. G. 1411, eodem anno obiit.

X. P. Mathias de Anglia, institutus à M. G. 1411.

XI. P. Blasius de Hungaria, electus à Fratribus 1420.

XII. P. Ioannes de Korzula, electus 1430, postea factus est Episcopus Varadiensis.

XIII. P. Iacobus Picenus, seu de Marchia 1435, postea factus est inquisitor hereticae pravitatis.

XIV. P. Ioannes de Hungaria, seu Vaja, electus 1441.

Subernante isto Vicario Fratres Hungariae de regulari observantia distinxerunt se ab obedientia Vicariae Bosniae, ac pro regimine suorum conventuum elegerunt in Vicarium P. Fabianum Kenyeres 1447.

Catalogus Praelatorum Provinciae S. Salvatoris.

Postquam haec ex Vicaria Fratrum Observantium, et Provincia antiqua ad regularem observantiam reformatam in unam vastissimam exererisset.

I. In reflorescente S. Salvatoris Provincia fuit P. Fabianus Kenyeres de Bassia, electus in conventu de Seno 1444, et confirmatus à Pontifice Romano.

II. P. Michael de Duleven, Hungarus, electus in Gyula 1452.

III. P. Stephanus de Varsan Hungarus, electus in Palota 1456.

Hoc anno S. Ioannes Capistranus venit in Hungariam cum Ioanne Hunyadi.

IV. P. Michael Siculus, electus in Orzora 1462.

V. P. Valentinus de Bigeth Hungarus, electus in conventu de Utlak 1465.

- VI. Idem P. Valentinus de Sigeo reelectus in Conventu d'Alaxd 1478.
- VII. P. Michael Siculus, iterato electus in Conventu Parakiensi 1477.
- VIII. P. Bricius de Tolna reelectus in ~~Utlak~~ Conventu Secceniensi 1475.
- IX. Idem P. Bricius de Tolna reelectus in Utlak 1475.
His annis floruit Matthias Corvinus Rex Hungariae invictissimus.
- X. P. Gabriel de Palyi Hungarus, electus in Conventu Secceniensi 1477.
- XI. Idem P. Gabriel de Palyi reelectus in Conventu Strigoniensi 1479.
- XII. P. Franciscus de Banya Hungarus, electus in Conventu Szabolcensi 1481.
- XIII. Idem Franciscus de Banya, reelectus Duda ad S. Joannem 1483.
His annis floruerunt P. Pelbarius de Temesvar, et P. Michael de Nicolao S. Thid Lectoris
- XIV. P. Bartholomaeus Dalmi de Sáros Parak Hungarus, electus in Szabolc 1485.
Hoc tempore corpus S. Joannis Cœmodynarij in Hungaria transmissum fuit.
- XV. Idem P. Bartholomaeus, reelectus Duda 1487.
- XVI. Idem P. Bartholomaeus Bis electus Duda 1489. obiit eodem anno in Conventu de Törj.
- XVII. P. Stephanus de Sopronka Hungarus, electus in Pakos 1491.
- XVIII. Idem P. Stephanus, reelectus in Utlak 1493.
- XIX. Idem P. Stephanus, tertio electus in Conventu de Attya 1485.
- XX. P. Oswaldus de Laska Hungarus, electus in Conventu Pesthiensi 1487.
- XXI. Idem P. Oswaldus, reelectus in Conventu de Attya.
- XXII. P. Blasius de Nyári Hungarus, electus Duda ad S. Joannem 1501.
Hoc tempore Provincia S. Salvatoris à jure Ministerii Generalis Conventualium absoluta, subjecta est immediatè jurisdictioni Vicario Generali Observantium, et primo Commissarium Visitatorem salutari P. Jacobum de Marchia Mantua.
- XXIII. Idem P. Blasius Nyári, reelectus Duda 1503.
- XXIV. P. Agidius de Crigled Hungarus, electus Duda in capitulo 1505.
- XXV. P. Oswaldus de Lasko jam Bis electus in Conventu S. V. Strigonijs 1507.
- XXVI. P. Gabriel de Pecs Varadino Hungarus, electus in Utlak a S. Capistrano 1509.
- XXVII. Idem P. Gabriel, reelectus in Conventu de Attya. 1511.
- XXVIII. P. Blasius de Pecs Hungarus Transylvanus electus in Regio Conventu de Vitegrad 1513.
- XXIX. Idem P. Blasius, reelectus Duda ad S. Joannem 1515.

Sequuntur Praelati titulo Ministerii Provincialis insigniti.
Convenit vobis advertere: quod licet multis jam antea annis reformatio regularis Observantia in Ordinem S. P. Francisci inducta fuerit, nullibi nihilominus in toto Orbe concessum esse, ut Fratres de regulari Observantia Ministerum Provinciale eligere cuperent. Tum multiplicatis ubique Observantium Vicariatus, ad tollenda Fratrum jurgia indixit Pontifex Romanus Leo X. Capitulum Generalissimum, in quo Vicariatus Observantium Provincias, Vicarios autem Ministros denominavit, tradendo sigillum totius Ordinis Ministro Generali ex Observantium Familia recentior electo. Fratres demum conventuales, qui ad reformationem regularis Observantia transire venerunt, rescidit à corpore Observantium, eisque pro gubernio Magistrum Generalem assignavit. Igitur Capitulo Sui Celeberrimo praesens P. Adalbertus de Pereplény non sibi solum, sed et cunctis successoribus suis titulum Ministerii Provincialis pro hereditate obtinuit.

- XXX. P. Adalbertus de Pereplény electus in Vicarium in Conventu de Futak 1517,
ac eodem Anno Minister Provincialis declaratus Romæ.
Hoc tempore Provincia in Salvatorij 10 custodia, Conventus 12 Fratres 1742 numeravit.
- XXXI. P. Bernardinus de Somlyó Hungarus Transylvanus electus Duda 1520.
- XXXII. P. Gabriel de Pécs Varadino, iterato electus Duda ad S. Joannem 1523.
- XXXIII. P. Joannes de Tharnok Hungarus, electus in Conventu de Nagy Zöllös 1525.
- XXXIV. P. Gabriel de Pécs Varadino, tertio reelectus in Sáros padak 1527.
- XXXV. P. Martinus de Nagocs Hungarus, electus Szasény 1529.
Aujus, et prius Ministeri tempore post fata Regis Ludovici multi Fratres à Turcis occisi sunt, et Conventus perierunt.
- XXXVI. P. Adalbertus de Pereplény, iterato electus M. Varadini 1531 Die 10. Martij.
- XXXVIII. P. Martinus de Nagocs iterato electus Gyula 1533 Die 1. Junij.
- XXXVIII. P. Thomas de Pata Hungarus, electus Gyöngyösimi 1535.
- XXXIX. P. Martinus de Nagocs jam Bis electus Szász Beremi 1537.
- XL. P. Mathias de Porhi Hungarus, electus Duda 1539.
- XLI. P. Martinus de Nagocs jam quartavice electus Varadini 1542 Die 2. Februa.
Ad hoc Capitulum ultima vice comparuerunt Vardiani, Dudenij, Pesthienij, estrij,
gonienij, cum prioribus omnibus haec loca Barbarus occupavit hostij.
- XLII. P. Emericus de Tóvj Hungarus Transylvanus electus Varadini 1544 Dom. Pentec.
Hoc tempore Raviente Turcarum, et Hæreticorum furore diminutus est numerus
Fratrum ad 560.
- XLIII. P. Mathias de Porhi iterato electus Varadini 1546 Dom. Pentec.
Hoc anno multi Conventus per Turcas devastati sunt.
- XLIV. P. Emericus de Tóvj iterato reelectus Varadini 1548 Dom. Pentec.
- XLV. P. Nicolaus de Dalánij Hungarus, electus Varadini 1550 Dom. Pentec.
Sub Aujus Ministeri gubernio diminutus est numerus Fratrum in Provincia ad 269.
- XLVI. P. Benedictus de Cservölgye Hungarus, electus Varadini Dom. Cantabæ.
- XLVII. P. Emericus de Tóvj jam Bis electus in Nagy Zöllös 1557 Dom. Pentec.
- XLVIII. P. Emericus de Tóvj, quartâ vice electus Gyöngyösimi 1558 Dom. Pentec.
- L. P. Mathias de Obrecz Hungarus, electus Gyöngyösimi in Dom. Cantabæ.
- LI. P. Emericus de Tóvj, quintâ vice electus in Conventu Litovienâ 1561.
Hoc tempore vixerunt Fratres 112.
- LII. P. Benedictus de Cservölgye, sexta vice electus Gyöngyösimi 1563 Die 2. Febr.
- LIII. P. Benedictus de Cservölgye secundâ vice electus Gyöngyösimi 1567.
- LIV. P. Emericus de Tóvj septimâ vice electus Gyöngyösimi 1570.
- LV. P. Emericus de Tóvj octavâ vice electus Gyöngyösimi 1572.
Hoc tempore solum 56 Fratres super vixerunt in Provincia quorundam vide p. ad
Sunc. annu.
- LVI. P. Emericus de Tóvj nonâ vice electus Gyöngyösimi 1574 die quâ Maji.
- LVII. P. Emericus de Gyöngyös, Hungarus, electus Szakoleda 1579 Dom. S. Trinit.
Ab hoc tempore ignorat numerus Fratrum in Provincia usque ad annum 1602.
- LVIII. P. Joannes de Gyöngyös Hungarus, electus Gyöngyösimi 1581, mortuusq. eodem anno.
- LIX. P. Thomas de Mohács Hungarus, electus Gyöngyösimi 1581, eodem anno peste sublat.
- LX. P. Paulus Zelevényi Hungarus, electus Gyöngyösimi 1585 in festo S. Bartholom.
- LXI. P. Paulus Zelevényi Hung. iterato electus Gyöngyösimi 1589.
- LXII. P. Paulus Zelevényi tertiam vice electus Gyöngyösimi Dom. Rogate.

- LXIII. P. Paulus Deleventi, gratia vice electus Gyöngyösi in festo Decol. S. Joan. B.
- LXIV. P. Georgius de Abda Hungarus electus Gyöngyösi 2. Febr. 1596.
- LXV. P. Cmericus de Ujlak Hungarus, electus Gyöngyösi 1599.
- LXVI. P. Georgius de Abda iterato electus Gyöngyösi Dom. 5 post Pascha 1602.
Hoc Anno in principio novi saeculi fuerant Fratres in Provincia N. B. quoru N. vid. supra p. 1.
- LXVII. P. Cmericus de Ujlak, iterato electus Aradistij 1605.
- LXVIII. P. Ioannes de Varad Hungarus, electus Aradistij 1608. die 14 Julij.
- LXIX. P. Stephanus de Udvarhely Hungarus, electus Aradistij 1612 eodem anno obijt Gyöngyösi.
- LXX. P. Ioannes de Varad, electus iterato Gyöngyösi 1613 die 5. Maji.
- LXXI. P. Mathias de Scör Hungarus, electus Szakolca in festo S. Anr.
Deinceps per sexennium non fuit Capitulum celebratum ob imania disturbia.
- LXXII. P. Ioannes de Varad jam 3io electus Szakolca 1622 in festo S. Ladislai Regij.
In hoc Capitulo ordinatum est: ut in desolata N. Salvatoris Provincia, deinceps semper cantetur in choro post Martinus Archiepiscopus: Gaude Penitentia. Item ut officium paruum I. V. M. omni die absolvatur, et ab eo tempore Marij Misericordia intercessionem miseris q. nostri Deus Clementissimus, auxiliumque continuo numerum Fratrum ut ex serie ulteriori patebit.
- LXXIII. P. Michael de Somlyó Hungarus Transylvanus electus Szakolca 1626 30 Julij.
- LXXIV. P. Cmericus de Gyöngyös Hungarus, electus Szakolca 1629.
In hoc Capitulo declarata est Provincia nostra Reformata, ac ob inde Fratres barbas deponere, Mantellos decurtare, ac mappas ex mensis seponere iubebantur.
- LXXV. P. Franciscus à S. Benedicto, electus Szakolca 1632 die 6. Septembris.
Hoc anno numerabantur in Provincia 90.
- LXXVI. P. Ioannes à Terugia Italus N. Thia Lector electus Szakolca 1635 18 Junij
- LXXVII. P. Ambrosius Inuzicki Polonus N. Thia Lec. Pen. electus Palgocij 1638 6. Novemb.
- LXXVIII. P. Andreas Cima Hungarus Gyöngyösiensis, electus Gyöngyösi 1641 23 Junij.
Hoc tempore fuerant jam in Provincia Fratres Nro 135.
- LXXIX. P. Michael de Ailagy Somlyó iterato electus Szakolca 23 Jun. 1644.
- LXXX. P. Michael Szegedi Hung. N. Thia Lec. Pen. electus Gyöngyösi 1647 14. Aug.
- LXXXI. P. Franciscus Szegedi Hung. Lec. Pen. electus Szakolca 1650.
- LXXXII. P. Agidius Dálovics Pannon Semnicensis, electus Palgocij 1653 11. Octob.
- LXXXIII. P. Andreas Fabri Hung. Szegediensis, electus Szakolca 1656. 28 Augusti.
Sub Pubernio hujus Ministri inchoantur Congregationes intermediae.
- LXXXIV. P. Petrus Urbanovic Hungarus, electus Palgocij 1659.
- LXXXV. P. Nicolaus Darochi Siculus, electus Palgocij 1662. 28. Aug.
- LXXXVI. P. Agidius Dantovic Pannon. iterato electus Szakolca 1668 21. Julij.
Hoc tempore inchoata est in Provincia S. Salvatoris alterna electio Ministrorum, n. p. ut unus ex Hungarica, ex Slavonica natione sequens eligatur.
- LXXXVII. P. Casparus Patz Derinyi Hungarus, electus Szakolca 1668 21. Julij.
- LXXXVIII. P. Ambrosius Podiebrackij Bohemus, electus Szakolca 1671. 31. Maji.
- LXXXIX. P. Andreas Fülöp Lec. Pen. Hung. Fülökienis electus Szakolca 1674.
- LXXXX. P. Ioannes Livericki Polonus, electus Szakolca 1674. 10. Octobris.
- XC. P. Athanasius Ordős Hungarus, electus Szakolca 1680. 7. Augusti.

- XCI. P. Stephanus Teletius S. Thid Lec. Slavus Dobnensis electus 1684 30 Aprilij.
- XCII. P. Gerardus Kecskemeti Hungarus, electus Palgoeij 1684 5 Maji.
- XCIII. P. Sigismundus Vibera Moravus S. Thid Lec. electus Szakolea 1690. 23 Julij.
- XCIV. P. Andreas Palasti Hungarus Lect. Pen. electus Szakolea 1695. 14 Maji.
- XCV. P. Franciscus Desselin Moravus, electus Casovia 1696 26 Aprilij.
- XCVI. P. Arhanasius Mora Hung. kecskemetiensis electus Palgoeij 1699. 24 Maji.
Infine seculi hujus fuerant in Provincia N. Salvatorij Fratres 1330.
- XCVII. P. Sigismundus Vibera Moravus iterato electus Palgoeij 1702 3 Junij.
Attempore ob disturbia Rakociana per octo annos non fuit celebratum Capitulum.
- XCVIII. P. Joannes Nagy Hungarus, electus Cremnicij 1710. 30 Martij.
- XCIX. P. Ambrosius Papsel Davarus, electus Palgoeij 1713 13 August.
- C. P. Petrus Koll Hungarus, electus Palgoeij 1716. 7 Junij.
- CI. P. Ludovicus Kivka Slavus S. Thid Lec. electus Gyongyosimi 1719. 11 Jun.
- CII. P. Josephus Dede Hungarus kecskemetiensis, electus Palgoeij 1722 10 Maji.
- CIII. P. Ambrosius Papsel Davarus secundavice electus Gyongyosimi 1725. 6 Maji.
Hic P. Minister Anno sequenti pie obiit, ac in locum ejus in Vicarium Provinciale positus est P. Simon Dalmudil Moravus, Gyongyosimi.
- CIV. P. Gerardus Pataki Hungarus Lec. Pen. electus Palgoeij 1728. 15 Maji.
- CV. P. Martinus Vaculik Moravus Lec. Pen. electus Palgoeij 1731. 10 Junij.
- CVI. P. Josephus Dede Hungarus Predicator Pen. iterato electus 1734. 16 Maji.
- CVII. P. Urbanus Sverka Slavus Szakoleensis Lec. Pen. electus Palgoeij 1734 3 Julij.
- CVIII. P. Gerardus Pataki Hung. iterato electus Palgoeij 1741. 22 Januarij.
- CIX. P. Ludovicus Danicssek Moravus Lec Pen. electus Gyongyosimi 1744 10 Maji.
- CX. P. Stephanus Novak Hung. Parakienis Lec. Pen. electus Palgoeij 1747 14 Maji.
- CXI. P. Antonius Svob Moravus Lec. Pen. electus Palgoeij 1750. 5 Julij.
Eodem anno post pium hujus Ministri obitum aliter in officio M. Provincialis successit.
- CXII. P. Modestus Trubezki Moravus Lec. Pen. prius in Vicariu electus declaratus deinde Minister Provincialis Romae 1751.
- CXIII. P. Modestus Knoll Hungarus Saurimienis electus Palgoeij 1753 8 Maji.
- CXIV. P. Bartholomaeus Marada Moravus Lec Pen. electus Palgoeij 1756. 5 Septembris
Tempore electionis hujus Ministri fuerant in Provincia 854.

ARTICULUS V.

Catalogus Commissariorum Visitationum Provinciae N. Salvatoris.

Reverendissimus N. P. Franciscus Cap. d. Regulae praecipit: Ut Fratres, qui sunt Ministri, visitent, et moneant Fratres suos, et humiliter, et charitative corrigant eos. Quia propter Ministri Generales, in principio nascentis Ordinis ad remotiores quoque Provincias exhibant, prout Fr. Gerardus Odonis totius Ordinis Minister Penitentis Anno 1333 venit in Hungariam ad visitandos Fratres antiquae Provinciae, processu autem temporis ampliata est per Orbem Universum Seraphica Familia, et introducta regulari observantia, frequentior ad conservandum observantia fervorem visitationis exigebatur. Ac obinde Ministri Generales suos ad omnes Provincias delegatos statim annis mittebant, qui a comisso sibi munere, dicti sunt Commissarii Generales. Ad hoc salubre munus in Provincia N. Salvatoris obeundum, ex gremio Provinciae primitus, postea vero circa Annum 1503 ex alijs quoque exteris Provincijs, ut in Catalogo exhibetur, deligebantur Patres providissimi.

- I. Commissarius in Provincia N. Salvatoris fuit P. Jacobus de Mantua, praesedit Capitulo 1503.
- II. P. Jacobus Sumellus: praesedit Capitulo 1505.
- III. P. Benedictus Benkovicz Galmaria, praesedit capitulo 1515.
- IV. P. Jacobus de Lorcaria, Prov. S. Francisci: rediit ante Capitulum 1519.
- V. P. Andreas Alemannus de Florentia, praesedit Capitulo 1523.
Hoc tempore cladem Mohacianam imanis aequabat desolatio, ac obinde nullus in Provincia N. Salvatoris per annos plures apparuit Commissarius.
- VI. P. Michael Alvarez, missus a Ministro Generali 1574, verum hic visa desolatione rediit illico. In saeculo hoc saeculo sine Commissarijs terminato, mox in principio novi saeculi, videlicet circa Annum 1612, non usquequaque curata, subdidit se Provincia N. Salvatoris jure Commissarij Generalis Permania, quod postea non nisi cum arduo labore declinare potuit.
- VII. Reverendissimus P. Ambrosius a Gallibara Commissarius Generalis omnium Provinciarum Permania, quae praesedit in Persona Capitulis 1632, 1635, 1638, celebratis.
- VIII. Reverendissimus P. Maxentius Commissarius Generalis Permania praesedit Capitulis 1641, 1644, 1647, 1650.

Tandem Anno 1651 absoluta est Provincia N. Salvatoris ^{ab hac} molesta jurisdictione Commissarij Permania, ac demum proprios suos Commissarios, a Ministro vel Commissario Cis-Montana Familiae Generali missos veneratur, quorum series subsequitur:

- IX. P. Fridericus a Monachio Prov. Tyrolensis Ex-Minister, praesedit Capitulo Palgocij 1655.
- X. P. Donaventura a S. Mauritio, Prov. S. Thomae Ap. praesedit Capitulo Szakolca 1656.
- XI. P. Accursius a Burno praesedit Capitulo Palgocij 1659.
- XII. P. Udalricus a Lanczole, Prov. Davoria Lector Jubilatus, praesedit Palgocij 1662 28 Junij.
- XIII. P. Michael Venzel, Prov. Davoria Ex-custos praesedit Szakolca 1665.
- XIV. P. Bernardinus Lacke Prov. Bohemia Ex-Minister praesedit Szakolca 1668 22 Julij.
- XV. P. Narcissus Hiel Prov. Austria S. Thid Lec. praesedit Szakolca 1671 31 Maji.
- XVI. P. Ludovicus Kriebensoffer Prov. Austria Lec. Jubil. praesedit Szakolca 1674 15 Maji.
- XVII. P. Bernardinus Lannig, Prov. Bohemia Lec. Jubil. praesedit Szakolca 1677 18 Octob.
- XVIII. P. Patritius Pallet Prov. Bohemia Lec. Sen. et Custos act. praesedit Szakolca 1680.
- XIX. P. Godofridus Stoerkerben Prov. Bohemia Lec. et Dif. hab. electus 1684.

- XX. P. Fortunatus Huber Prov. Bavaria Lec. Custos, et Chronologus ord. electus 1684 Palgocij 5. Maji.
- XXI. P. Bernardus Berne Prov. Carniola Lec. Sen. & Custos act. praesedit Szakolca 1690. 26. Julij.
- XXII. P. Franciscus Caccia Prov. Austria Lec. et P. emeritus praesedit Szakolca 1693. 14. Maji.
- XXIII. P. Custrachus Kraochez Prov. Tyrolis Excustos praesedit Cassovia 1695. 26. Aprilij.
- XXIV. P. Petrus Franchetich a fulmine Prov. Carniola Le. Sen. et Diff. praesedit Palgocij 1699.
- XXV. P. Bernardinus Gregoricz Prov. Carniola Pater, et Custos praesedit Palgocij 1702. 3. Junij.
- XXVI. P. Capistranus Sebakk Prov. Maria Dif. act. praesedit Kremnicz 1710. 30. Martij.
- XXVII. P. Philippus Pohl Prov. Bohemia Dif. praesedit Palgocij 1713. 13. Augusti.
- Circa haec tempora Decreto Caesares cautum est, ne deinceps ex Provincijs Austriae ad Domum non subjecti Comissarij Visitatoris admittantur. Diploma Caesareum servatur in Archivio Provinciae.
- XXVIII. P. Martinus Ruch, Prov. Croatia, praesedit Palgocij 1716. 7. Junij.
- XXIX. P. Florentius Daller Prov. Austria Le. Sen. et Dif. act. praesedit Gyongyosm 1720.
- XXX. P. Hugo Dabler Prov. Austria Ex. Minister Lec. emeritus & Theol. Caesareus praesedit Palgocij 1722.
- XXXI. P. Sigismundus Vasmer Prov. Austria Dif. act. praesedit Gyongyosm 1725. 6. Maji.
- XXXII. P. Valerianus Hamer Prov. Bohemia Lec. emeritus. Custos act. praesedit Palgocij 1728.
- XXXIII. P. Hugo Dabler Prov. Austria Pater Lec. emeritus, praesedit Secundario Palgocij 1731. 10. Junij.
- XXXIV. P. Antonius Fridensheim Prov. Austria Lec. Sen. Ex. Dif. praesedit 1734. 16. Maji.
- XXXV. P. Malachias Ansoff Prov. Austria Lec. Sen. Custos act. praesedit Palgocij 1737. 3. Julij.
- XXXVI. P. Emericus Palarci Prov. S. Maria Lec. Sen. praesedit Palgocij 1741. 22. Januarij.
- XXXVII. P. Mathias Thum Prov. S. Maria Lec. Sen. et M. Provincialis act. praesedit Gyongyosm 1744.
- XXXVIII. P. Humilis Rupecht Prov. Austria Lec. Sen. ex Custos praesedit Palgocij 1747.
- XXXIX. P. Cyprianus Cnauer Prov. Austria Ex. Minister praesedit Palgocij 1750.
- XL. P. Parthenius Offelbauer Prov. Austria Praed. Sen. Dif. hab. praesedit Palgocij 1753.

ARTICULUS VII. Summarium Bullarum Pontificalium, et Privilegiorum

In Archivo Provinciae hodie dum per Alphabetum distributa con-
servantur.

A.

Alexander VI prohibet edificare circa Locum nostrum Strigoniensem
alium Conventum ad trecentas cannas circa circum. Paci, & tranquillitati Scribit
Pontificatus sui Anno 4mo.

Littera Vicarij Generalis de consequendo Jubileo ex conceptione Alexan-
dri VI Sacra Religionis ultra de Anno 1500 Die 8. Octobris. non amplius valent.

Propter discordias inter Conventuales, et Observantes de Conventibus Vardi-
ensi, et Szegediensi ortas, omnia quae pro pacificatione Petrus Cardinalis statuit,
confirmantur hac Bulla ab Alexandro VI Inter personas de. Et Vicaria nostra ab
obedientia Ministri Generalis Conventualium eximitur, & Vicario Generali Cismon-
tano committitur, ut ante fuit Anno 1502.

Alexander VI. Subet Archi Episcopo Strigoniensi, et Episcopo Zagrabi-
ensi, ut publicent, et observari faciant, quae in Bulla praecedenti de concordia inter
nos observantes, & Conventuales decreta sunt. Hodie concordata de. Anno 1502.

Alexander VI per Bullam: licet egra pro Religionis de Anno 1492. Imo
Kalendas Octobris pontificatus sui Anno primo ad instantiam Regis Vladislai, et Univer-
sorum Archi-Episcoporum, et Episcoporum, ac omnium Regni procerum confirmavit
denovo acta Juliani Cardinalis de expulsionem Fratrum Conventualium, et Introductionem Fra-
trum Observantium ad Conventus Dudersem, Perthiensem, Fori Siculorum, Strigoniensem,
Szecseniensem, Ujlak, et Parak, quos omnes cum alijs confirmat, subicit, et confert Vic-
aria olim Bosnae, nunc vero Hungariae nuncupatae in perpetuum a Fratribus ejusdem Vic-
ariae inhabitandum.

Alexander VI. Eodem Anno, et eodem die omnia in priori Bulla contenta
ita esse tenenda, et observanda declaravit per aliam Bullam. Hodie a nobis emanavit
Littera de datam ad Archi-Episcopum Strigoniensem, et ad Episcopos Vaciensem
& Saurinensem, quibus districte praecipit, ut Fratres Minores Observantes in specifi-
cati Conventibus conservent, protegant, ac defendant, contradictoresque, et turbatores eor-
um, si fuerint sufficientes Censura Ecclesiastica, brachio seculari repellant.

Alexander VI. Divina disponente clementia de Monasterio Csanadiense s.
Perardi Ordinis S. Benedicti, dat nostris Fratribus, et proventus ejusdem Episcopo: qui
sic de consilio Cardinalium eligentur assignat pro mensa Episcopali 1495 Pride nonis
Novembris

Littera Conventualium, & Observantium acceptantium conditiones pacis
factae inter ipsos, ad instantiam Vladislai Regis ex mandato Alexandri Papa VI.
1494. Juda. incipit: Nos Fr. Georgius

Alexander VI. Humilibus supplicium voti de de Conventu Vardiensi,
et Szegediensi committit causa decisionem Episcopo Agriensi, et Termopolen-
sibus, & Praeposito Strigoniensi. Anno 1497.

D.
Bonifacii VIII. Virtute conspicuos Ordinis vestri professores &c. Soc. q. Mare
Magnum Indulgentiarum, & privilegiorum concessorum toti Ordini Fratrum Minorum Anno
1297. Pontificatus sui Anno primo.

Bonifacii IX. Dulla: Ex Apostolica Seditione &c. in qua concedit Fratribus
Ord. Min. Provincia Hungaria ire ad terras infidelium, donans remissionem plenariam
concedique predictis Fratribus multa iura Episcopalia. Hae Dulla concessa est per Joanne
XXII. et confirmata per Clementem VI. 1342 et per hunc Bonifacium IX Anno 1389.

C.
Clemens V. Dulla, qua incipit: In quibusdam locis &c. excommunicat excommunicatio,
ne Papa, vel Ordini conservatori reservata omnes violentiam temerariam domibus, et locis
Nostris Ordinis inferentes. Anno 1268. Pontificatus sui Anno primo.

Concilium Basiliense: quod incipit: Sacro Sancta Synodus &c. Vicariam tunc Bosnia
a jurisdictione omnium Superiorum, praeter Ministrum Generalem eximit, a quo Ministro
Vicarius per Fratres electus confirmari debet Anno 1434.

Callixtus III. Regimini Universalis Ecclesiae &c. concedit, quod Ministri Regni Hun-
garia possint sibi officiales eligere, et ut Ministro Generali, et nulli alteri commissario esse
diant. Anno 1458.

Clemens VII. concedit, ut locus de Kermend, et si quae alia loca sunt nobis incommo-
da, deservantur. Anno 1524.

Clemens VII. declarat, quod nullum fratrem quocumque praetextu eximat ab obedientia
Praetorum Ordinis. Anno 1525.

Clemens VII. confirmat omnia nostra privilegia, et eximit nostros fratres ab Inqui-
sitionibus Saeptica pravitate Anno 1525.

Clemens VIII. Fratrem Antonium Dodog facit Commissarium Apostolicum, et con-
fessarium Monialium S. Clarae, et S. Dominici in Provincia S. Mariae eximientium. Anno 1601.

C primum.

Eugenius IV. Sacra Religio &c. 1435. S. Jacobo de Marchia concedit, ut possit
in Bohemia duo, in Hungaria tria, et in Austria etiam tria loca recipere, et in iis Divina
perolvere, ac praedicare, concessu Ordinarii ad hoc minime requisito.

Eugenius IV. in Dulla: Romani Pontifex &c. 1435 dat plenam auctoritatem adminis-
trandi omnia sacramenta, et S. Ordines minores, absolventi etiam ab omnibus peccatis,
et excommunicatione ut antea concesserat pro Patribus Bulgariae, Rasciae &c. sic conce-
dit pro locis Sebes, Ardan, et alijs omnibus, in quibus Episcopus non habetur ad duas die-
tas legales.

Eugenius IV. Adea, qua propagationem &c. 1436. dat facultatem administrandi
omnia administrandi sacramenta, sed ubi datur parochus de licentia ejusdem.

Eugenius IV. His, qua per Romanos Pontifices &c. 1436 confirmat omnia privilegia
a Praedecessoribus Pontificibus concessa Vicariis Bosniae, et ejus Fratribus.

Eugenius IV. De fidelium voce &c. 1436. dat facultatem, ut Fratres Vicaria hujus con-
stituti in vigesimo secundo aetatis anno, possunt omnes etiam S. Ordines, a quocumque Catholico
Episcopo suscipere, ob paucitatem sacerdotum.

Eugenius IV. De duplici voto &c. Anno 1437 dat facultatem absolventi in do-
mibus infirmos, etiam a casibus reservatis, qui non possunt ire ad Episcopum. Hae in-
clusa conservantur quaedam manu scripta propria S. Jacobi de Marchia.

Eugenius IV. Adea ex debito &c. 1437. prohibet Fratres Vicaria Bosniae aliquos Con-
ventus dividere, et Dalmatiae unire.

Eugenius IV. Inter ceteras curas &c. 1437 in qua S. Jacobo de Marchia, qua Vicariis
Bosniae, et Successoribus ejus perve, vel per socium idoneum infra ambitum Vicariae ab
omnibus peccatis, absolventi sine ulla exceptione conceditur auctoritas.

Eugenius IV. Sacra Religionis de 1437. S. Jacobo, qua Vicario concedit facultatem edificandi ubique septem loca in Hungaria Regno, quia infra duos annos sedecim loca in Confiniis Hungariae destructa sunt a Turcis.

Eugenius IV. Cuius supplicium vocis de 1437 concessit, ut Vicarij, et Currodes ob magna Episcoporum distantiam, corporalia, calices, vestes, et indumenta Missae benedicere possint.

C. Secundum.

Eugenius IV. Alias de tua sincera de 1438. S. Jacobo de Marchia dat facultatem praeter duo jam suscepta loca, alia quinque loca, ubicunque et commodum in Regno Hungariae suscipere, et Conventus edificare juxta id prius datam facultatem.

Eugenius IV. Sacra Religionis de 1438. Vicario Dornae dat facultatem alia septem loca acceptandi in Hungaria, ibique Conventus edificandi, officia Divina faciendi consensu Episcopi minime requisito.

Eugenius IV. Cuius ex debito sollicitudinis Pastoralis de 1444. dum revivit Dornenses cum Hungariae illum Vicarium confirmavit per vota unita Vicaria, quem antea Hungari sibi elegerant, scilicet Fr. Fabianum de Kenyeres, alias de Dachia nuncupatum.

Eugenius IV. Sacra Religionis de 1444. Conventus a Conventualibus per Julianum Cardinalem acceptos, et Observantibus traditos approbat, et confirmat pro nobis, scilicet Budensium, Pesthiensium, Szegediensium, Tori viculorum, & alios foras adhuc ipsi accipiendos, et per praefatum Cardinalem nobis observantibus consignandos. Haec Bulla est inserta litteris Marchiae Regis Hung. sub sigillo Regis pendenti, et servata in Archivo Provinciae Nostrae.

Eugenius IV. Inter desiderabilia cordis nostri de 1444 Praedictum Vicarium Fabianum de Dachia, et omnes ejus Successores p. t. existentes instituit in partibus Orientalibus Commissarium Apostolicum, et contra Haereticos Inquisitorem.

Eugenius IV. Cum ob salutem fidelium de 1442 Prae Dionysio de Ujlak Commissario Apostolico ad Scythas dat litteras favorabiles.

Eugenius IV. Cum ob salutem fidelium de 1443. Comendat omnibus Christi fidelibus Fratres, qui mittuntur ad Scythas, & alios infideles per Fratrem Dionysium de Ujlak, et fratrem Joannem de Vaaga Vicarium Dornae.

Eugenius IV. Omnipotens sempiternus de 1446. concedit Indulgentias 12 annorum et 40 dierum Quadragesimarum in perpetuum. Indulgentiam Ecclesiae nostrae in die parvo cony ejusdem Ecclesiae a primis Vesperis usque ad secundas.

Eugenius IV. Prae cunctis mentis nostrae desiderabilis de 1446 in quo officium Inquisitionis ampliatur Fratri Fabiano de Dachia, et declaratur, quod etiam contra Presbyteros, et quosdam Ecclesiasticos procedere possit, praesertim, qui dicerent copulam carnalem inter non conjugatos esse peccatum.

Eugenius IV. Dum salubria laborum vestrorum de 1446 in qua est concessio Inno. ut officium S. Stephani Regis. S. Ladislai Regis, S. Emercia potest dici a fratribus sub Dup. Maj. 2do omnia sacramenta etiam Confirmationis administrandi conversis ad fidem. Sic datur licentia constituendi domos pro Tertiarijs utriusque sexus, ut in communi vivere possint, sicut in Italia. 4to Excommunicantur Parochi, qui nolunt ministrare Eucharistiam illis, qui Patribus nostris sunt confessi.

D.

Gregorius XII. Provisionis nostrae de 1406. Conventum de Archia, jam antea ab Innocentio VIII nobis datum, confirmat nobis ad instantiam D. Joannis de Daroch, Dani.

Gregorius XII. Ad hoc circa Regularis observantiae de 1406 eximit nos ab alijs Provincialibus, & Praelatis, et subijcit unice Ministro Generali, et ejus Vicario per nos electo, et ab eo confirmato.

I.

Joannes XXIII. Sincera devotionis de 1320 confirmat quoddam Monasterium edificari nobis per Dnum Philippum de Chorouy Militem, et Baronem Hungariae.

Innocentius VIII concedit Conservatorem Provinciae nostrae Episcopum Laurinensium, per quem 16 loca possunt recipi. Item: ut officium Dedicationis Ecclesiae nostrae in tota Provincia fiat Dom. 3ia post Pascha 1481.

Innocentius VIII. concessit Indulgentias pro Ecclesia S. Elisabeth Crenniceniensi 1691. tantum ad septennium, ideo expirarunt.

Julius II. per Breve 1504 dat licentia deserendi Locum, et Ecclesia in valle Thaznok Diocesis Vespriemensis, eumque vel Episcopo, vel Fundatori resignandi.

Julius II. per Breve 1507 ad instantiam Vladislai Reg. Hung. concedit, ut non obstantibus prohibitionibus Apostolicis et Ordinis constitutionibus, possunt Fratres Observantes in Regno Hungaria uti in Ecclesiis suis apparatusamentis pretiosis, aureis, gemmatis de et ut alia apparatusamenta pretiosa non alienentur, uti quidam Commissarius Generalis abalienare volebat.

Julius II. Sub Religione Tabien de 1508. mandat Archi Episcopo Strigoniensi, ut Fratres observantes in suis privilegiis defendat, et manu teneat.

Julius II. Celebrato Capitulo Generalissimo de 1509. mandat ut Fratres nostri non recipiantur Febus Conventualibus, nec converso sub penis ibi contentis. Ita habet Transumptum.

Julius II. Sacra Religione de 1511. concedit nobis omnia privilegia, et exemptiones omnium ordinum Mendicantium. Ubi etiam notandum de Claustro Dudenensi Transumptum de 1514.

Julius II. Breve exemptionis Portionis Canonice pro Provincia Hungaria 1511 Transumptum 1512.

Julius II. Concessione super portione attinente Summo Pontificem ex pecuniis temporis Jubilei collectis in partibus, et Provincia Hung. pro fabrica S. Petri 1512. Transumptum 1512.

L.

Leo X. In Breve quod incipit Dudum feli. record. Eugen. IV. de concedit Provinciam nostram ea omnia, quae Eugen. IV. concesserat, quoad Tertiariorum Domos, et loca, et quoad Confraternitates de 1515.

Leo X. Exponi nobis fecerunt de 1518. discrete prohibet Fratres mendicantes a Parochis, et alijs personis Ecclesiasticis molestari in Mendicationibus, et Confessionibus.

Leo X. Bulla Transumptum Anno 1518. ne fratres molestantur. Item condempnatur opus cujusdam N. Posliako.

Leo X. Memorat aliud Breve, in quo jussit Fratres oppidi S. Georgii Diocesis Vespriemensis, ut redimant jocalia, et alia pretiosa Ecclesiastica, et restituant Francisco Dado Seculari. Deinde concedit, ut possint in posterum talia recipere, eisque uti, ne indignationem Benefactorum incurrant. 1519.

Leonis X. Bulla cum multis privilegiis 1522.

Leo X. Concessio in nostris Monasterijs sepeliendi eos, qui ibi elegerint sepulcrum, et excommunicatio contra prohibentes. Item prohibet, ne nostri fratres molestantur a Parochis, et alijs Ecclesiasticis in confessionibus secularium. Transumptum 1524.

M.

Martinus V. Ca. quod. Divino de 1415 dat nobis conventum de Oroca, et edificatum per Dominum Philippum Lippionem Comitem Temesiensem.

Martinus V. Sacra Religione de 1420 dat nobis locum Kabol Diocesis Dacien-sis, et alium adhuc locum in Regno Hungaria recipiendum.

Martinus V. Denigno sum. vobis illa concedenda favore de 1424 concessit, ut quilibet Fratrum eligat sibi Confessarium in articulo mortis, qui ipsum possit absolvere cum plenarijs indulgentijs. Et ad istam gratiam consequendam jejunare oportet in Hebdomada per integram Annam a publicatione hujus; Dies autem non est eligenda illa in qua aliunde tenemur jejunare, sed alia.

Martinus V. Cum Secularium Principum de 1424. concedit nobis capellam regiam ante S. Georgii in loco Visograd ad instantiam Sigismundi Imperatoris. Id. quod Fratres ibi habitantes, a nullo, quam a Generali Ministro, vel Vicario dependant.

Martinus V. Bulla: Sacra Religione de de electione Vicarij Dorna, et exemptione Fratrum ejusdem vicaria a jurisdictione omnium Praelatorum totius Ordinis Minorum praeter N. Generalem Anno 1424. Pontificatus sui Anno 6^{to}.

N.

Nicolaus V. Ca. injuncto nobis de super de 1451 dat observantibus conventum de Uylak ad instantiam Rajvoda Transylvanica cum omnibus bonis ejus mobilibus, ejectis inde conventualibus, imobilia vero applicantur pro erectione novi Hospitalis ad honorem S. Nicolai.

Nicolaus V. Ineffabilis Summi providentia Patrij de 1447, Dividit Vicariam Hungaria a Vicaria Bosnia, et terminos ei assignat, atque ipsi confert omnes gratias et privilegia concessa Vicaria Bosnia, per Joannem XXII, et Eugen. IV. quorum Bulla hic sunt inserta. Transumptum 1508.

Nicolaus V. auctoritate datur. idem Conventus superius dictus Observantibus per Dionysium Archiepiscopum Strigoniensem, transumptum prioris Bulla 1451.

Nicolaus V. aliud simile Transumptum, 1447.

Nicolaus V. Ad instantiam Joannis Hunyadi expellit Conventuales ex Conventibus Strigoniensi, Csanadiensis, Debrecinensi, Szatmariensi, et dai Observantibus 1448.

Nicolaus V. mandato Domini Joannes Legatus introducit fratres observantes ad Patak, et Conventuales expellit 1448.

P.

Pauli II Bulla Super Conventum Hunyadianum, quem Joannes Hunyadi incepit edificare pro fratribus Augustinianis, sed morte praeventus perficere non potuit. postea Uxor Elizabeth, et Filius Mathias Rex Hung. eundem nostris fratribus Observantibus dari, et perfici ad Pontificem supplicat, et impetrat. Bulla autem incipit. In rex. caetera cordis nostri desiderabilia 1465.

Pauli II Bulla: Pius fidelium voti de Conventus Acsemenis accipitur a conventualibus, et datur Observantibus Anno 1566.

Paulus II. in Bulla: Cum sacer ordo fratrum Minorum in agro militarij Ecclesia tanquam rutilans in amietu sponda carbunculus & 1468 prohibet ne nos fratres Conventum postea 1495 ad instantiam Patrij Benedicti de Nuche Gardiani Gyongyosienfis.

Pius II. Admonet nos suscepti cura Regimini de 1462. prohibet fratres Hierosolyma, Roma, et ad alia sacra loca ire sine praetoribus suorum licentia. Item quod fratres provincia nostra a nullo suscipiantur sine expressa licentia Minorum, et que hoc protota Religione.

S.

Sixtus IV. Sedis Apostolica gratiosa benignitas de 1476 confirmat limites, et metas Provinciae nostrae, quam dividit a Provincia Bosnia prout Nicolaus V. in Bulla Separationis determinavit. Et hujus Transumptum 1517 pariter ibidem habetur.

Sixtus IV. Lvia in futurorum eventibus sic humani fallitur incertitudo ingenij 1477 revocat Callixtima constitutionem. Transumptum 1473.

Sixtus IV. Sacri Praedicatorum, et Minorum fratrum ordines de 1477 de Indulgentijs Praedicatoribus & Minoribus concessis Transumptum 1499. Aliud simile Transumptum ibidem habetur, sed illud signatur erroneum, eo quod nec sigillum habeat, et in anno datationis sit error.

Sixtus IV. Cui pro Ministerio Pastoralis officij de 1479 concedit facultatem fratribus eligendi sibi Confessarium.

U.

Urbani VIII. Breve sacro Sanctae Apostolicae Ministerij de 1629 pro reformatione Provinciae Hungariae S. Salvatoris, et ejusdem exemptione, ubi habetur Breve simile ejusdem Urbani VIII Anno eodem 1629.

Urbanus VI. Devotionis sinceritas de 1378 fratribus, qui laborant in conversione Infidelium dat quasdam Indulgentias, & beneficia. Transumptum Anno 1411 ad instantiam Fratrum Mathaei, & Marci Sacerdotum habitantium in Chery Diocesi Csanadiensis.

Transumpta varia Bulla Pontificum.

Transumptum Mare magni Sixti IV, et aliorum Pontificum cum plurimis Indulgentijs, et privilegijs. Item Mare magni Indulgentiarum Eugenij IV, & Sixti IV. Transumptum 1455. Item Inhibitio Romana ne procedatur ad executionem eorum, quae controversa sunt inter nos, & Marianos 1690

Transumptum Bulla Eugenij IV confirmans Bullam Joannis XXIII pro Vicaria Do-
na. Datum 1455. ubi datur nostris fratribus facultas, veres. Sacerdotalis, came-
teria, palas, corporalia &c benedicendi. Transumptum est autem 1445.

Transumptum Bulla Eugenij IV Pro fratribus Vicaria Hungaria, ad Seychas, et
Moldavia partes euntibus. Datum 1444. Transumptum vero 1488.

Transumptum Bulla Alexandri VI, et Pij II contra fratres vagabundos quocunque
procectu, datum 1462. Item ibidem Transumptum Litterarum Petri Collocensij & Tho-
ma Agriensis Episcoporum, pro concordia inter conventuales, et observantes cum articulis
ejusdem concordie. Datum 1495. Item ibidem Transumptum Litterarum Reverendissimi
Patris Francisci Samson Ministri Generalis precipientis omnibus, ut determinata su-
per concordiam inviolate serventur. Datum 1475. Item ibidem Transumptum Bulla Euge-
nij IV. contra inobedientes Vicarijs Generalibus, & Provincialibus. Datum 1446. Hec
autem omnia Transumpta sunt 1496.

Transumptum Bulla cruciata contra Turcas Data ab Alexandro VI 1500.

Transumptum Dionysij Cardinalis Archi Episcopi Strigoniensis Litterarum contra
quosdam, qui ab obedientia Fratris Michaelis seculi apostatarunt. Datum 1452. Tran-
sumpta eodem Anno Vespertini.

Littera Petri Cardinalis Legati de concordia facta inter Fratres Observan-
tes, et Conventuales, et de alijs, videlicet: Quod fratribus observantibus liceat Eleemosy-
nas accipere sine contradictione fratrum in civitate, ubi conventuales manent, et e-
converso. Item quod Conventuales, & observantes Hungaria alterius fratres sub
pena sic apposita, non suscipiant ultra tres dies sine licentia Ministrorum 1501.

Transumptum Litterarum Ministri Generalis Jacobi de Sarcueta, cui Patris
Stephanus de Tarvan vicariam subiecit in capitulo Generali 1458 Roma celebrati.
Et hoc transumptum factum est 1479 Bulla ad instantiam Fratris Fabrice de Dalis. Con-
tinet indultum, quod Fratres Provinciae S. Salvatoris, nulli alij prater Ministrum
Generalem obediant. Nec Comissarios admittunt, sed Vicarius Provinciae unam con-
su electus, ipso facto habeatur pro confirmato, et rato superiore.

Transumptum Bulla Sixtina de Archi Confraternitate Chordigerorum.

Diplomata Regum.

Littera Sigismundi Imperatoris, et Regis concedentis Fratribus de Sebes,
Cherz, Harsak, et Orsova Procuratorem, qui sit exemptus a contributionibus. Item
ut Fratribus de Sebes ligna subministrantur pro edificijs. Item: ut in Provincia Sebes
non liceat Schismaticis concionari, baptizare, et alia officia exercere. Datum Anno
1428. Confirmata sunt per D. Ladislaum de Crak Vajvodam Transylvanensem, et
per Mathiam Regem.

Transumptum factum auctoritate Mathie Regis Bulla Eugenij IV sacra Religio
nis. 1444 de gratijs omnibus concessis Fratribus Doona est Transumptum 1488. ad
instantiam P. Mathie Korog Guardiani Dudenisij. In quibus Litteris ostenditur Con-
ventus Dudensem, Pesthiensem, Stegediensem, et Fori Siculorum Spectare ad
nostram Provinciam S. Salvatoris.

Mathias Imp. Rex Hungaria confert Episcopatum Novadrensem Fratri
Thoma Ivickij Ord. Min. Obser. 1614.

Magnifica Domina Catharina Comitissa Corbania Vidua fundat Conventum
de Athina pro Fratribus Observantibus, eiusque Confratrem assignat, cui man-
dat de Eleemosynis 1496.

Leopoldus Imp. & Rex Hungaria Conventum Cassoviensem post suum
Penitorem Ferdinandum denuo pro nobis confirmat 1668.

Leopoldus Imp. & Rex Hungaria confirmat nobis hortum Fulekiensem
ab Archi Episcopo Strigoniensi Georgio Szepcsmi nobis collatum, quem antea
possidebat hereticus predicantius 1646.

Leopoldus Imp. & Rex Hungaria confirmat nobis campanas Fulekienses,
quas ab hereticis Excellentissimus Comes Kohari iure accepit, et nobis consignavit.

Anno 1702. Anno vero 1716. ab Illusterrimo, & Reverendissimo Domino Luca Natali Episcopo Delphindensi. Id campana sunt benedicta; Et quidem campana major in honorem S. Virginis Mariæ Assumptæ. Uta in honorem S. Francisci Raphæi. Sicut inscriptio in ea secum fertur in honorem N. & Trinitatis, Minor vero in honorem S. Benedicti Abbatis.

Carolus VI Imp. et Rex Hungaria mandat Commissarijs suis caesarejs, Patribus nostris Austriacis pacem componendam inter Provinciam Saluatorianam, et Marianam 1714.

Carolus VI Imp. et Rex Hung. confirmat omnes Conventus et Residentias nostras Anno 1719.

Carolus VI Confirmat Residentiam nostram Carnaviensem recentem Provincia nostra aggregatam. Anno Dni 1733.



Et Seniores stabant in circu-itu throni - habentes phialas aureas plenas odoramentorum quae sunt orationes Ssorum.
 Offic. Ord. et Apocal. 5.